AZ.
III
I

LVIII
A
68

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
A
68
NAPOLI

XVIII. G. 17

Digitized by Google

OHANNIS NICOLAI,
Antiquit. Professoris & Contubernii Rectoris Tübingens.

TRACTATUS DE CALCARIUM

Usu & abusu, nec non juribus illorum;

Lectu jucundus, utilis & variis antiquitatibus illustratus.

FRANCOFURTI,

Apud GEORG. HENR. ÖHRLINGIUM;
Typis JOANNIS BAUERI,
Anno 1702.

9

Digitized by Google

Illustri Baroni, ac Domino,

DOMINO

FRIDERICO

Gottlieb de Löwenstern,
Serenissimi Ducis Würtenbergici
Consiliario gravissimo, nec non
Judicii Aulici Assessori, atque Serenissimæ
Ducissæ junioris Viduæ Præfecto
Aulæ summo;

Domino suo Clementissimo.

Nec non

Generosissimo Domino,

DOMINO

ECKARDO

de Dewitz, Hæreditario in Dabern/ Serenissimi Ducis Würtenbergici Consiliario splendidissimo & Judicii Aulici Assessori, nec non Collegii Illustris Ephoro & Præfecto summo Tübingensi;

Domino suo Clementissimo;

Hunc

Hunc chartaceum tractatum, non aureis literis scriptum, sed nigris excusum,

De

USu & Abusu Calcarium,
Nec non juribus illorum,
Cum apprecatione
Omnigenæ prosperitatis,
Et voto devoto,
Humillima devotione
Ad pedes Patronorum
Supplicibus gestibus
Subjectissime deponit,
Favorem & Clementiam
Exoptans,
Ut vultu benigno
Et hilari fronte
Accipiatur
Et Clementiæ vestræ

Ra-

Digitized by Google

Radiis ſolaribus
Illuſtretur.
Opus quidem exiguum,
Interim tamen lectu jucundũ,
Jucundum & utiliſſimum,
Nobilitatis ornamentum
Et ad virtutes incitamentum.
Accipite igitur
Munus oblatum,
Uti Alexander ille Magnus,
Qui hauſtum aquæ benevolis manibus
Oblatum gratum cenſuit;
Quod
Ex pio voto, & ſincero animo
Humillime offerre,
Et Nobilitatibus Veſtris
Sacrum & dedicatum voluit
Autor.

Ipſa

(o)

IPsa VETUSTATIS doctæ
penetralia lustras,
Hâc NOVA TE doctum
gloria digna manet.

Ita Excellentissimo novi hujus Tractatus, CALCARIA *è tenebris producentis,* eorumque usum & abusum *doctè delineantis, Dn. Authori, novo hoc Eruditionis partu novum Professoris titulum antiquâ fide condecoranti applaudit*

MICHAEL GRASSUS,
U. J. D. Serenissi. Würtenb.
DUCIS Consiliarius & in Univ.
Tübing. Cod. Novell. & Crim.
Sanct. P.P. h. t. Rector.

Præcellentissimo Domino

AUTHORI.

UT quis possit equum brevibus compescere habenis,
Spumanti aut frænum laxius ore dare,
Hoc doceant alii: Tu quis Calcaribus usus,
Dicis, & Antiquis eruis è latebris.
Perge sic ex tenebris veterum producere lucem,
Nobilis id FAMÆ nobile } Calcar / Lumen
erit.

Pos. l. m. q.

JOH. WOLFGANG Jäger, D. Antistes Eccles. Metrop. & Abbas Maulbronn.

Acer,

ACer, & ad palmam per se cursurus honoris,
Si tamen hortteris, fortior ibit equus.
Nempe suos stimulos generosis mentibus addit
Calcar, & in laudes fortius ire jubet,
Ergo igitur, cum de Calcaribus abdita promis,
Hoc ipsum Calcar, quo stimularis, erit.
Perge ita doctrinæ variæ documenta referre,
Unum sit semper Calcar ut alterius.

Hisce differenti de Calcaribus eruditè Authori Excellentissimo, Domino Fautori suo perquàm honorando gratulabundus acclamat

JOH. CUNRADUS KLEMM.
Log. & Metaph. Prof. Ordin.
Stip. Ducal. Ephorus.

Abdit-

ABdita Pieridum peragras mente sagaci,
Nec tritas aliis Te juvat ire vias.
Dum modo prisca Tuas manuum velamina curas
Nunc & Calcaris formaque jusque tenent.
Quis Te non miro veterum monumenta labore
A capite ad calcem perdidicisse videt?
Non Tibi calcar opus: grande est Tibi gloria calcar,
Fructiferæque aliis sedulitatis amor.
Applaudo famæ, quæ sic velocius ibit,
Admotum postquam nunc sibi calcar habet.

Excellentissimo Auctori, Fautori & Amico honoratissimo gratulans scripsit

JOH. EBERHARDUS
Rösler, Orat. & Poës. Prof.
in Acad. Tübing.

In

Digitized by Google

In Nomine Jesu.

DISQUISITIO De CALCARIUM usu & abusu, nec non juribus ipsorum.

CAPUT I.

De Calcarium Etymologia.

§. 1.

CUm paucis abhinc mensibus publicæ luci dederimus tractatulum de *Chirothecarum usu & abusu*, in quo varii ritus & consuetudines simulac jura illarum adducta recensentur ; jam à manibus ad pedes nos conferimus, & quædam de

CALCARIBUS, illorumque usu & abusu, nec non illorum juribus in medium proferre lubet. Speramus itaque hanc materiam Lectoribus non solùm jucundam, sed & utilem fore. Ad hanc autem elaborandam ansam nobis dedit CALCAR illud magnum, quod in *Cimeliarchio Stuttgardiano* unà cum aliis antiquitate conspicuis asservatur, & in tumulo non procul ab ista urbe dicitur repertum. Formâ ferreâ est illud & tanta magnitudine, ut quemvis, qui aspexerit hoc, in admirationem rapiat. Quare nobiscum constituimus in hanc materiam inquirere.

§. 2.

Hinc verborum periculum facturi, terminorum verum significatum præmittimus, quippe ad meliorem enucleationem hujus rei Etymologia primum consideranda venit; quapropter etiam hanc metho-

thodum elegimus, visuri, unde vocabulum CALCAR originem trahat. Ne autem justo prolixiores simus, sine longioribus ambagibus ad rem ipsam nos accingimus & CALCARIS etymologiam evolvimus.

§. 3.

Quod itaque ad nomen CALCAR attinet, illud à *calce* ortum habet. *Calx* autem hoc loco est pars posterior pedis, quæ Græcis πτέρνα dicitur. *Celsus lib.* 8. *c.* 1. *Os calcis quadam parte sinuatur, quâdam excessus habet & procedentia ex talo recipit, & in sinum ejus inseritur, idque sine medulla durum magisque in posteriorem partem projectum teretem ibi figuram repræsentat.* Pollux lib. 2. c. 4. *Anterior pars pedis post digitos planta* (παρατὸς) τὸ δὲ ἀπολῆγον τοῦ ποδὸς καλοῦσιν, πτέρνα, i. e. ea autem pars, qua pes desinit à tergo, calx dicitur. Planta igitur est proversa pars, calx retrorsa, *lib.* 9. *D. t.* 1. *l.* 5. Mu-

la calcem rejecit, & crus agasoni fregit. Rejecit i. e. retro jecit, hinten ausschlagen. Cæterum, quia *calx* est extremum pedis aversi (unde putamus nostrum esse Ferse des Fusses/) ideò *calx* pro fine ponitur. Sic & Græci extremam & imam rerum partem πτέρναν vocant, uti Hebræi עקב & calcaneum & extremitatem, veluti cl. *Johannes Buxtorff. in Lexico Rabbino-Talmudic. fol. m.* 1647. explicat; עֵקֶב עִקְּבָא *Calx, calcaneus, finis*, conf. *Samuel. Bochart. Phaleg. pag. m.* 535.

§. 4.

Calx autem vulgo à *calcando* ducitur; vid. *Thom. de S. Querc. Angl.* sed verbum *calcare* à *calce* malumus; *Calx* à *callo* meliùs dicitur, nam *calx* est callosior pars pedis & durior, quasi *calo*, hoc est, lignum. Et sic Anglicana vox Keel calcem notat. Affine nonnihil est λὰξ, quod est adverbium, calce, extremo

pede, quod est λᾶξις finis, ut ex-
itur in *Lexic. vet. Græcolat.* Fir-
igitur stat talo, quod Calx po-
ior pars pedis sit, id quod ex
batis scriptoribus probabimus.
ut. Mercat. 22. III. Sequere sis. C.
quor. E. clementer quæso, calces
teris. Idem *Pæn.* 9. 71. Quorsum a-
nus cædit calcibus. *Terent. Eunuch.*
45. Ne tu istas faxe calcibus sæ-
è insutabis frustra. *Virgil. lib.* 12.
Æneid. Cornipedemque citum ferrato
alce fatigat. Idem *lib.* 5. *Æneid.* Cal-
cemque terit jam calce Diotes.

§. 5.

Hinc de *calce* multæ loquendi for-
mulæ deducuntur, ut, *à capite ad cal-*
cem. Curvata calx. *Sil. Ital. lib.* 16. 76.
ferrata calx *lib.* 13. 34. Et jam ferra-
ta rapiebat calce volantem. Calces
rigidi. *Pers. Satyr.* 3. 11. cruentare cal-
ce. *Sil. lib.* 17. 110. ferire calce. *Quin-*
til. lib. 2. *c.* 8. 8. *Ovid.* 3. *Fast.* 151. Pe-
tere calce. *Horat.* 2. *serm.* 1. *satyr.* 11.

Aliquando pro *ictu calcis* & percussione pedum plagaque accipitur. *Terent. in Phorm.* nam quæ inscitia est adversum stimulos calces. *Juvenal.* aut dic, accipe calcem, & tam pro calcaneo, quàm percussione modò masculino, modò fæminino genere usurpari solet.

§. 6.

A calce igitur CALCAR equorum & jumentorum stimulus, quod ad calcem alligetur. *Plaut. Asinar.* 12. 118. Calcari quadrupedem agitabo. Germani vocant ein Sporen: *Galli Un Esperon.* Itali *Sporne.* Hispani *Espuela de hierro.* Angli *a spor.* Varie quoque accipitur. CALCAR etiam in gallinis. *Columell. lib.* 8. *c.* 2. 6. Generosissimæque creduntur, quæ qui nos habent digitos, sed ita, ne cruribus emineant transversa calcaria. Deinde etiam CALCAR pro impetu sumi-

ſumitur. *Varro Seſquiulyſſe*, Ventus ſuo caſu vehementius ſufflare & *calcar* admovere. *Nonius*. Verum nos CALCAR hoc loco ſignificare aſſerimus inſtrumentum iſtud radiis ſeu aculeis ornatum, calci additum ad urgendos equos. Hinc ſæpe apud Scriptores legitur, *admovere* calcaria: adhibere calcaria: auferre calcaribus equum. *Sil. lib.* 10. 54. Concitare calcaribus equum. *Liv.* 2. *ab urb.* 27. Subdere calcaria equo. *Ovid.* 2. *de Ponto* 6. *eleg.* 8.

Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo.

Idem *lib.* 2. *de arte*, 147. *Liv.* 2. *ab urb.* 84.

§. 7.

Græci CALCAR appellant πλήκτρον. Dor. πλάκτρον, calcar galli gallinacei & alitum avium. vide de hac voce *Clement. Alexandr. Strom.*

5. *pag.* 569. Unde πληκτροφόρος calcaria faciens, ein Spormacher/ conf. *Joh. Caspar. Suicer. Lexic. Græc. edit. Tigur.* 1683. quam ob causam hæc vox ad alia quoque transfertur, & πλήκτρον significat *aculeum* & *calcar*, quo equi vel alia animalia ad cursum celeriorem incitantur. vid. *Euripid.* Similiter CALCAR à *Græcis* κέντρον vocatur, *stimulumq;* notat, qua voce usus *Homer. Iliad.* Ψ 387. Reperitur quoque Act. IX, 5. Descendit autem à κεντέω pungo. Apud *Homerum* etiam legitur κέντω; Hinc κέντωρ *stimulator*, qui pungit, quâ voce *Nonnus* utitur in fæm. Gen. Occurrit etiam 1. *Cor. XV.* 5. *Rom. II.* 23. conf. *Pasor. pag. m.* 381. *Lexic. Græc. ex Budæo aliisq; scriptoribus collectum edit. Basil.* 1563.

§. 8.

Visis vocabulis Græcis ad Arabica progredimur, quæ lingua variis nomi-

nominibus CALCAR denominat. *Schindlerus in Lexico suo Pentaglott. fol. m.* 602. ex Arabico vocat *Calcar* מַחְמַץ *Machmaz.* Plur. מַחְאִמִיץ *Machimiz* Calcaria, à radice Arabica חמץ *stimulavit bestiam, punxit.* Alterum quod ex Arabico citat prælaudatus Schindlerus *fol. m.* 1106. est נחס cum ה punctato, significatque *punxit, compunxit, stimulavit.* Hinc נַחְסָה *nachsa, punctio,* quæ fit *calcaribus,* & מנחס *Manchas, CALCAR, stimulus,* Desumitur autem hæc forma loquendi à serpentibus, quippe ex fide Arabum scribunt, quod serpentes non modo acutam, sed & aculeatam habeant linguam, aut verò rostrum & nasum; & alii quoque scorpionum instar etiam cauda feriant, alii gemino aculeo ex utraque parte pungant. *Alcamus* scriptor Arabicus ejusmodi serpentem describens ita loquitur: *Nichaz serpens,*

qui non nisi naso pungit, ac si ore careat &c. deterrimum genus est. Nempe ذكر *naso vel rostro pungere.* Dultaraphina, *serpentis genus gemino aculeo, quorum unus in naso, alter in cauda est.*

§. 9.

Hinc metaphorice refertur ad CALCAR, quod eo, ceu aculeo boves & equi pungantur. Radii enim *calcarium* equis admoti dolorem afferunt causantque, ut ad cursum incitentur. Refert quoque *Thomas de S. Quercu in Lexic. Etymologico edit. Londinensis,* מגפה Maggaphah *Calcar* significare instrumentum ad calcandum equum. Et hæc de Etymologia *Calcaris* sufficiant.

CA-

CAPUT II.

De Calcarium Synonymia.

§. 1.

CONveniunt cum CALCARIBUS *aculei* & *stimuli*, de quibus aliquid in medium proferre, operæ pretium esse duximus. Quod igitur ad *aculeum* attinet, tunc vocabulô hoc in insectis denotatur id, quo pungunt, ut notum est in *vespis*, *apibus*, & *crabronibus*, qui *aculeis* instructi sunt, ut his armis hostem depellant. De apibus refert *Aristotel. histor. lib. 9. c. 40.* quod injecto aculeo necent maxima quæque animalia. Adeoque ab apibus punctus equus obiit, vid. *Plin. lib. XI. c. 18.* Plura qui legere cupit, evolvat cl. *Samuel. Bocharti Hierozoic. part. 2. fol. 509. seq. edit. Londin.* Unde etiam *Cicero 2. Tuscul. 91.* Apis, inquit, acu-

leum ſine clamore ferre non poſſumus.

§. 2.

Aculeus etiam dicitur quaſi ſpina in foliis aut ſemine quarundam plantarum; unde & herbas aculeatas & folia & ſemina ſæpe legimus. *Plin. lib.* 10. *c.* 32. 3. Idem *lib.* 12. *c.* 15. 2. Quem quæſo latet aculeos reperiri in arboribus *ſpinoſis, urticis, juniperis aculeatis, paliuro* frutice aſperrima & ſpinoſa, pungente & retinente, vulnerante appropinquantes ſibi, & adunco dente comprehendente. Hujus meminit *Agathocles Cicycenus lib.* 3. *rerum patriarum* his verbis: *crebris ramis non nihil ſpinoſis gaudet.* Imò roſa pulcherrima ſpinis & aculeis eſt circumſepta. Quid dicemus de *Acantho* herba ſpinoſa, à qua omnia, quæ aculeos habent, acanthina dicuntur; Unde ſpina ἄκανθα.

Eſt

Est autem (1.) pars acuta in sente communiter dicto, putamus à σπᾶν, quia trahit apprehensa; aut à σπίζειν, quia extenditur in acumen. Hoc est Græcis ἄκανθα ab ἀκῇ i. e. acumine. Germ. Dorn/ quia est aliquid τορὸν, penetrans. (2.) *spina* planta integra, spinosa. (3.) certa quædam species plantæ spinosa, quæ additione aliqua distinguitur, ut *spina acida, acuta, alba.* (4) Spina (per metaphoram figurata) quod in acutum desinit, ut *aculeus* in serpente.

§. 3.

Ejusmodi *aculeos* in fruticibus, herbis & seminibus offendimus. Nam *Oxyacantha* frutex, surgit *ramis aculeatis*, & sepibus faciendis idonea est, ideò & Hagedorn/ quasi Heckedorn. *Carduus* herba aculeata, quæ nobis Distelu vocatur. Herbarum spinosarum men-

tionem facit *Ovid.* 2. *Metam.* 163. Nux castanea sane aculeis ita est munita, ut absque læsione vix tangi possit. Plura qui legere vult de materia hac, evolvat quæso cl. *Johann. Henric. Ursini arboretum biblicum*, & invenier, quæ desiderio satisfacere poterunt.

§. 4.

Similiter *aculeus* tribuitur hystricibus & erinaceis, teste *Plinio lib.* 8. *cap.*35. scribente: Hystrices generat India & Africa spina contectas ex herinaceorum genere, sed hystrici longiores aculei. Hystrix animal simile erinaceo est aculeis præditum, Germani vocant Stachel-Schwein. Hebræi dicunt *hystricem* & *erinaceum* קפוד appellari posse, quia aculeis contecta & munita animalia essent. Antiquissimam illam dicimus explicationem, qua קפוד *Kippod hericius* vel

erinaceus

erinaceus exponitur, cui firmandæ multa faciunt, inprimis Hebræorum sententiæ. קפוד esse *hericium* Hispanica voce R. Nathan explicat ריצו *rizo* vel *erizo*. Italica *Pomarius* ריצון *riccio*, Gallica *R. Selomo* הריצון *herison*, Germanica Elias איגיל Igel.

§. 5.

Arabicam linguam si perlustramus قنفذ *Kunphud hericus* seu erinaceus est. Verum etiam monemus, quod قنفذ *Kunphud* præter erinaceum etiam *hystricem* significet. Elucet clare hoc ex *Avicenna*, qui inter species *Kunphud* unum dicit esse montanum, spinas habentem missiles, cujus دلدل *duldul* i. e. *hystrix* nomen proprium. Hinc in *Damire hericii* fœmina vocatur لم دلدل *mater* ʒ *duldul* i. e. hystricis. Et *duldul* seu *hystrix* definitur عظيم القنافد *hericius major.*

jor. Et juxta *Algiahid* Duldul & Kanaphido (i. e. hyſtrix & hericii propriè dicti) non aliter differunt, quàm à bubalis boves. Sane hac in parte *Arabes* habuerunt, quos ſequerentur, *Plinium* & *Oppianum*: quorum ille *libri octavi capite XXXV. hyſtrices* expreſſe ponit in *herinaceorum genere*; Hic *lib.* 2. *Cynegetic. verſ.* 603. echinorum terreſtrium duo genera faciens, alios parvos & imbelles, alios longe majores & circumquaque horrentes. Per majores illos echinos videtur *hyſtrices* intelligere.

§. 6.

Conſtat igitur *hyſtrices* & *echinos* aculeis inſtructos eſſe. *Hericius* enim teſte *Pomario* ſpinis obtegit totum corpus ſuum, facie inter pedes deliteſcente, & aculeos erigit, quibus ut clypeo ſe muniat, & eos lædat, qui violentas manus in eum

injicere

injicere volunt; Quare eum ab omni animalium ſocietate prohibent aculei. Unde factum, ut Græcè χὴρ diceretur. Quantum autem *hyſtrix* echino præſtet, Poëta quidam his verſibus deſcripſit:

Sed non hæc acies ritu ſylveſtris echini
Fixa manet. Crebris propugnat jactibus ultro
Et longe ſua membra regit, tortumque per auras
Evolat excuſſo nativum miſſile tergo.

Et cum *Ion* in *Phænice* apud *Athenæum lib.3. c.13.* rideat herinacei miſeras artes, quod denſo ſub orbe ſentium corpus tegat, mordere & ultro tangere ignarus jaceat; *hyſtricis* virtus in pugna eum in admirationem ita rapuit, ut vix verba ſatis idonea reperire potuerit, quibus laudes decantet. Videmus hinc & intelligimus animalia acu-

leis

leis prædita fuisse. Verum satis de aculeis, calcarium Synonymia.

§. 7.

Pergimus ad alterum nomen STIMULUM, quod cum *calcaribus* magnam affinitatem habet. *Stimulus* itaque est fustis acutæ cuspidis, quo rustici boves suppungunt. vid. *Martin. Lexic. Etym. fol. m.* 3755. *Thom. de S. Quercu*, qui Anglice reddit: *a prik, a sting, a spur: also a thing that moveth forvvard.* Ein Ding/ welches zu lauffen verursachet. Descendit à stimulo, quod est pungo, commoveo, concito, incito, impello. *Plaut. Cistell.* 5, 4. Per translationem stimulus denotat, quicquid nos pungit & à quo vexamur. Hinc de bonis & malis rebus dicitur. De malis *Lucret. lib.* 4. 245. accipit, scil. de *Veneris* stimulis. *Ovid.* 2. *Fastor.* 156. agitatus stimulis amoris. *Virgil.* 3. *Georg.*

Georg. 42. cæci amoris ſtimulos vocat. *Silius lib.* 7. 103. Invidiæ ſtimulo mentes fodit *Saturnia. Virgil.* 11. *Æneid.* 146. haut mollibus ſtimulis incitat iras. *Lucan. lib.* 2. 65. Movere acres ſtimulos irarum. De laudabilibus accipitur, quando de virtute ſermo, ad quam quaſi calcaribus & ſtimulis incitamur, quod *Stat.* 1. *Achill.* 41. vocat, *dare ſtimulos* laudum i.e. exhortari ad laudes. Ita etiam *ſtimulare currum* legimus apud *Silium lib.* 16. 74.

Nobilis hunc Durius ſtimulabat in æquore currum.

Currum pro equis dixit, quemadmodum *Virgil. lib.* 1. *Georg.* in fine.

§. 8.

Hebræi *ſtimulum* hunc vocant מלמד *Malmad* à verbo למד *diſcere* ſeu *didicit, aſſuefecit*; vid. *Schindleri Lexicon Pentaglott. fol. m.* 948. *Buxtorff.*

torff. Lexic. Rabbino-Talmud. fol. 1144. Hinc originem trahit מלמד *ſtimulus, baculus*, cujus capiti infixum eſt ferrum, quod dicitur דרבן *darban, cuſpis*, qua arator pungit bovem, quaſi docens ipſum arare, uti legitur in *Vajikra Rabba ſect.* 29. *vid.* R. *Maimonid. in Kelim cap.* 9. *in Comment.* Itaque etiam *Talmudica* lingua *ſtimulum bovis* ideò מרדע *marda* dici volunt, quod ſit *juvencum ſcientiam edocens.* Ita habetur in *Vajikra rabba ſect.* 29. Quod tamen haudquaquam probamus, quia hujuſmodi compoſitiones apud Hebræos parum uſitatæ ſunt, ſed ab Arabico نخس, quod *pungere, fodicare* eſt, מרע factum pro *ſtimulo.*

§. 9.

Notatu autem dignum eſt, quod *Samgar Judic. III*, 31. ſtimulo boum ſexcentos Philiſtæos percuſ-

ſiſſe

ſiſſe legatur. An ſolus, an per alios fecerit, nihil intereſt. Hoc tantum notandum, quod ſtimulus boum tale inſtrumentum fuerit, cuſpide inſtructum, cujus ſubſidio homines occidi potuerint. Non anxiè autem quærendum, quomodo *cuſpis illa* Hebræis dicta, cum ipſa ſacra Scriptura hujus mentionem faciat, 1. *Sam. XIII*, 21. ubi Iſraelitæ dicuntur iviſſe ad Philiſtæos לתציב הדרבן *ad aptandum ſtimulum*, quod R. *Salomo* exponit, *ad acuendum caput illius*, & *infigendum* & conſtituendum *in conti medio*. Itaque דרבן non ſignificat ſtimuli contum, ſed ferrum aculeatum conto inditum. vid. *Operis Critic. Tom.* 1. *edit. Francof. fol. m.* 2272. Thomas de S. Quercu reddit Anglicè *the point of a vveapom, a ſpear, or arrovv-head.*

§. 10.

In hoc itaque differunt מלמד & דרבן.

דרבן. Nam מלמד propriè *contus* eſt, in quem *aculeus* inditur. Quod ad vocabulum דרבן attinet, illud *Hebræis* prorſus ignotum. Ex Arabica tamen lingua origo deduci poteſt, in qua دَرَبَ daraba *acutum eſſe* دَرْبٌ *acutum* دِرْبَةٌ *dirba* & دراب *durab acumen* ſignificat. A ſingulari דרבן *darban* fit plurale דרבנות *darbanoth*, quo *Salomon* eleganter utitur *Eccleſ. XII.* 11. ubi dicta ſapientum ait eſſe *aculeos*.

§. 11.

Porrò ab Hebræis CALCARIA nominantur פְּרִישִׁין à pungendo dicta, qua ſignificatione verbum Hebraicè ſumitur יִפְרֹשׁ pungit Proverb. XXIII. 32. ubi R. *Abraham* ſcribit: פָּרַשׁ Eques ſic dicitur בעבור פרישיו propter CALCARIA, quæ ſunt in pedibus ejus, quibus equum pungit. Unde Chal-

Chaldaica vox פרש *paras*, *calcar*, *stimulus* quo equus ad currendum incitatur. vid. *Schindler. Lexic. Pentaglott. & Bochart. in Hierozoic. fol. m.* 99.

CAPUT III.

De origine CALCARIUM & eorum forma.

§. I.

HActenus varia Calcarium nomina perlustravimus; nunc ad alia nos conferimus & inquirimus in originem CALCARIUM, quæ quamvis obscura & dubia, nec accurate definiri possit, attamen ex præcedentibus facile conjecturare possumus, antiquissimam esse. Quamprimum enim homines edocti fuerunt agros colere, serere, metere & frumenta invehere, eo tempore usum stimulorum seu Calcarium repertum esse affirma-

affirmamus. Cum enim priſcis temporibus homines glandibus veſcerentur, *Ceres* (uti Poetæ fingunt) ſemina ſerere docuit, quomodo ſcil. illa ſulcis operâ boum, aratri ſubſidio factis, terræ credenda ſint.

§. 2.

Operæ pretium etiam hoc loco eſſe duximus, paulo uberius de inventione frugum diſſerere. Diximus, quod Poëtæ finxerint, *Cerem* fruges inveniſſe, quam ſententiam pluribus teſtimoniis confirmabimus. *Diodor. Sicul. lib.* 5. *pag.* 336. Ceres frumentum ac ſementem facere homines docuit. *Hygin. fabul. c.* 277. ait: Ceres fruges ſerere & boves domare monſtravit. De hoc invento canit *Virgil. lib.* 1. *Georg. v.* 147.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram

Inſtituit:

Instituit: cum jam glandes & arbuta sacræ
Deficerent sylvæ, & victum Dodona negaret,
Mox & frumentis labor additus.

Cum verò ratio serendi fruges videretur inutilis, nisi & homines subinde essent edocti modum, quo ex aristis excuti posset frumentum, ea propter narratur de *Cerere*, quod rationem triturandi, tundendi & pinsendi excogitaverit. *Callimach. in hym. Cer.*

Pulchrius ut calamos primum sacrosq; maniplos
Stravit aristarum, calcare bovesq; coëgit.

Priusquam autem hoc in actum traducere potuerunt homines, necesse fuit, ut boves jugum ferre sciant, quam artem Cereri adscribit *Ovid. Fast. lib. IV. vers.* 403.

Illa jugo tauros collum præbere coëgit.

Quamobrem singulari instrumento ad opus peragendum incitabantur, quod in scriptura sacra *stimulus* appellatur.

§. 3.

Quid autem STIMULUS fuerit, ex præcedentibus patebit, nempe, fuit aculeus ferreus, baculo inditus, cujus usus ad boves agendos vel in triturando vel aratrum trahendo; hinc מַרְדֵּעַ dictus, quasi docens scientiam, ut norint arare boves. vid. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmudic. fol. m.* 1253. & *fol.* 1539. His ita positis, facile de Origine CALCARIUM conjecturare possumus, quod statim post ejectionem è Paradiso, quo primus homo vel posteri arare didicerunt, STIMULI inventi, quibus boves & equi impellebantur ad opus celerius perficiendum. Confirmant hoc scriptores fide digni, ut *Statius lib.* 1. *Sylvar. vers.* 39. Cen

Ceu stimulis accendat equum.

ad quæ verba celeberr. *Barthius* annotat, quod *Minervæ* simulacrum, in clypeo Medusæ præcisum prætendat caput, ut equum ad cursum incitet, veluti *stimulo* quodam. De *bobus* canit *Tibullus lib.* I. *eleg.* I.

Aut stimulo tardos increpuisse boves.

ubi *increpare stimulo* est κεντρίζειν, stimulus ἄκαινα, baculus aculeo præfixus. *Apollon. lib. III. v.* 1325. & inibi Scholia. Idem stimulus, fustis acutæ cuspidis, quo rustici boves suppungunt, quasi *stigmulus* à στιγμὴ punctio: ex στίζω pungo. Calculum his addit album *Bissus in annot. ad Claudian. de raptu Proserpin. edit. Milan. fol. m.* 219. quos *Ovid. lib.* 2. *Metam.* appellat *flagellum*, quo auriga utitur ad concitandos equos, dum solem Phaetonti insinuantem normas regendi equos solaris currus inducens hæc solis ore profatur:

Parce puer stimulis, & fortius utere loris.

§ 4.

Constat itaque ex his, quod *stimulorum* origo sit antiquissima, & illi in eum finem inventi, quo boves & equos incitare possint aurigæ, equites, & aratores. Hinc de *Samgare* res clara, quod *stimulo boum* tot Philistæos occiderit; Nam instrumentum quoque ad se defendendum & alios occidendos aptum erat. Interim tamen nobis obstat *Arabs* Interpres, qui non *stimulo*, sed securi boum i. e. πελέκει βοῶν ἀναιρετικῷ *Samgarem* pugnasse statuit. Quomodo apud *Homerum* βουπλῆγα sumi non pauci volunt. Quibus scilicet visum est ad *Bacchi* decus id pertinere, ut bipenni cesserit potius, quàm stimulo boum. Ita *Samgarem* Arabs *bipenni* maluit instruere, ut non modò commodius,

dius, ſed etiam honeſtius pugnaret. At ille his ſacri ſcriptoris ſcopo repugnat. Quamvis βουπλῆγα ſic accipiant Græcorum nonnulli, ut *Oppianus, Halieut. lib.* 5. *v.* 257. qui bipennem volunt; ſunt tamen plurimi aſſerentes ejuſmodi *ſtimulum* fuiſſe. Quales autem fuerint, oſtendit pictura *Circenſium* apud *Philippum Rubenium Elector. lib.* 1. *c.* 30. ubi tres pari longitudine expreſſi cubitalem & ultra habuiſſe videntur.

§. 5.

Non ſolùm autem boves & equi hiſce ſtimulis pungebantur, ſed etiam homines. Nam apud Romanos in crucem agendos, qui deducebantur ad eam, non ſine vexatione, per viam quoque *ſtimulis* agi pungique, in primis quoties retroſpicerent, aut obniterentur, conſuevisſe teſtis eſt *Plaut.*

Mostell. apud quem conserva servus:

O carnificinum cribrum, quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, si noster huc revenerit senex.

Nec dubitandum, quin milites Romani hoc exercuerint, cum Christum Dominum nostrum in crucem agendum per vias ducerent. De ritu hoc videatur *Justus Lipsius lib. de cruce cap. VI. pag. m.* 40. *edit. Antverp. lib.* 2. *Hoffman. Lexic. Philolog. fol.* 921. Ea res quoque cruciatus loco *Christianis* aliquando fuit. *Victor Uticensis lib.* 1. quos *stimulis ferreis* ad ambulandum urgebant.

§. 6

Extra omnem dubitationis aleam quoque ponimus, quod pri-

ſcis temporibus, antequam ſtimuli ex ferro facti, SPINIS ACUTIS homines uſi fuerint, quarum punctione alacriores ad laborem reddiri boves. Succeſſu autem temporis ex ferro ACULEUS fabricabatur, quem *Tubal Kain* artifex in omnis generis metallis feciſſe probabile videtur, cum ab ipſo *Moſe* hujus mentio facta. Arte autem equeſtri inventâ, CALCARIBUS opus fuit, quibus ad curſum incitati fuerunt equi.

§. 7.

Varias olim habuiſſe formas CALCARIA, nemo eſt, qui ambigat. Quædam enim acuta & ex uno tantum radio ſine aculeo conſiſtebant, quem morem adhuc retinent & obſervant *Turcæ* & *Hungari*. Quædam inſtar rotæ longis quibuſdam radiis & aculeis formabantur, qualem formam nobis

repræſentat CALCAR in Cimeliarchio hoc modo.



Quædam minutis aculeis & radiis inſtar ſtellæ conſpiciuntur, uti Schema appoſitum demonſtrat.



§. 8.

CALCARIA veterum, ſcribit *Olaus Wormius in Muſeo*, ob fabricam & figuram digna ſunt viſu. Primo unum eſt grande, cujus longitudo eſt pedis unius & trium unciarum.

ciarum, Arcus qui calcaneum cingit, octo unciarum cum dimidia, axis seu spina, quæ stellam continet, decem: Stella constat radiis acutis duodecim, & in circumferentia sesquipedem cum dimidia uncia tenet: Partem exteriorem tàm arcus, quàm spinæ exornat litera H. ad morem priscum efformata, corona regia exornata, & appendice ad imum volubili; Novies autem hæc litera reperitur. Centrum stellæ una reliquis grandior ejusdem figuræ occupat. Regis cujusdam *Haraldi* CALCAR fuisse indicare videtur coronatum hocce H. sed cujus præcisè, nostrum non est divinare. Simile plane aliud teneo, magnitudine & figura non discrepans, nisi quod loco literæ H. in iisdem locis extet priscum E. pari modo coronatum, Regem ERICUM an designet, dispiciendum relinquo.

Obſervare in his licet arcum, qui ſtringit calcaneum, majorem non eſſe, quàm ut commode meo quadret: unde colligere datur, nequaquam giganteæ, ſed potius mediocris ſtaturæ hominem fuiſſe, qui illud poſſidebat.

§. 9.

Non minorem ſapit antiquitatem aliud, quod dono clariſſ. Viri D. M. Chriſtiani Longomontani teneo, quod è ruderibus quibusdam ſub terra effoſſum fuit. Arcus, calcaneo cingendo deputatus, in angulum acutum fermè & oblique dilatatum deſinit, quà ſpinam capit quatuor pollices excedentem: nec recta linea pedem amplectitur, ſed inclinato utroque brachio ac rurſum elevato, utrinque A. Romanorum effingit. Stella verò extremitati ſpinæ inſerta, parvula eſt, duodecim interim radiis

(quo-

(quorum quidam carie & rubigine consumpti) insignita. Longitudo totius est octo pollicum. Vide figuras *lib.* I. *monument. Dan. c.* 7. Vetustatem etiam quandam præ se fert par, quod à *D. Wichmanno* accepi. Ferreus, qui calcaneum cingit, semicirculus ab interiore parte duplici dotatur fibula, quæ locum, quo pes stringitur, alterâ parte divisum excipere debet: Ab eo stimulus seu processus, qui rotulam aut stellam excipit, derivatus est quinque fermè pollicum longitudine, appendiculam suprà se hamatam habens duorum pollicum. Rotulæ seu stellæ enormes sunt in diametro quinque pollicum, in decem radios divisæ. Intelligimus hinc veteres rationem habuisse radiorum in calcaribus. Quædam enim septem: quædam quinque: quædam plures, uti dictum, radios habebant, & plerum-

que impari numero delectabantur. Quod ad hodiernam CALCARIUM formam attinet, parva illa & radiis parvis formantur, uti experientia docet.

CAPUT IV.

De CALCARIUM Materia.

§. 1.

NUllum dubium, quin materia *calcarium* diversa, & pro diversitate temporis mutata fuerit. Quod ad priscam ætatem attinet, probabile videtur, ex *spinis* vel *lignis acutis* primum STIMULOS, qui loco CALCARIUM erant, confectos fuisse, quibus boves inter arandum impellerentur. Nam hæc ætas sine luxuria & superbia vitam transigebat; ast cum homines luxuriæ & superbiæ operam darent, moresque illorum mutarentur,

tarentur, ſimul etiam materia CALCARIUM ſeu *ſtimulorum* mutata fuit, quæ vel *aurum*, vel *argentum*, vel *æs*, vel *ferrum* erat.

§. 2.

Cum itaque tam varia *ſtimulorum* vel *calcarium* materia fuerit, meritò diſquiritur, quænam inter hæc prædicta metalla prima? Non ignoramus, magnam controverſiam eſſe inter quoſdam de hac quæſtione; verum ſi accuratius rem mente volvimus revolvimuſque, affirmamus, *ferrum* fuiſſe primum, ex quo CALCARIA fabrefacta; licet *Æs* antiquius fuiſſe ferro *Godeſcalc. Stevvech. in not. ad Veget. de re militar. pag. m.* 340. 341. *edit. Antverp.* 1585. his verbis affirmet: *prius æris erat, quàm ferri uſus cognitus*; & in teſtem provocet *Plin. lib.* 34. *c.* 1. *& ſeq. Iſidor. lib.* 16. Quin & arma pectoralia, ocreas,

galeas ex ære antiquitus factas infinitis innuit locis *Virgil. Serv.* & ipse *Plin. lib.*34. *c.*7. Interim tamen non negamus, CALCARIA antiquitus ex *ære* facta, uti horum copiam nobis exhibent illa in *Cimeliarchio Stuttgardiano* asservata, quæ ex ære constant.

§. 3.

An autem *æs* prius fuerit *ferro*, est id, quod negamus. Nam hoc belli Trojani temporibus & multò ante fuisse in usu patet ex *Homero Iliad.*11. ubi *Pisander* & *Hippolochus Antimachi* filii supplices *Agamemnonem* rogant, ne se interficiat, sed à patre redimi patiatur. Ita enim loquuntur:

Nam pater ampla domi locupletis munera gazæ
Æris & argenti, fulviq; recondidit auri.

Adde *vers. lib.*7. quos *Alexander*

ab

ab *Alexandro lib. Genial. Dier.* 4. *c.* 15. citat, aliud argumentum tractans, quod si *Hesiodus* de tertio seculo in ἔργ. καὶ ἡμέρ. quod ipse χάλκειον vocat, canit: Τοῖς δ' ἦν χάλκεα &c. his erant æneæ quidem arma, æneæque domus; Ære quidem operabantur, nigrum autem nondum erat ferrum: non negat quarto seculo, quod θεῖον nominat, & belli *Trojani* ætate viguit, fuisse usum ferri; neque hîc *Magius* existimare debet, *Hesiodum* de hoc etiam tempore intellexisse, quod de æreo cecinit, licet postea dicat; Νῦν γὰρ γένος ἐστὶ σιδήρεον. Quin & *Ovid. lib.* 1. *Metam.* postremam facit ætatem ferream, in qua sane *Trojana* secula includi putamus, quod illa jam mala in orbem terrarum emanavissent, quæ describit & *Apoll. Argon.* σίδηρον *lib.* 2. nominat: at priora *Trojanis* fuerunt Argonautarum tempora. Ac nescimus.

ſcimus, quàm vere ſcripſerit autor *Schol. Græcor. in lib.* I. *Argon. Apoll.* ad illum verſum :

Χαλκείῳ πελέκει κεφαλὴς διέκερσε τένοντας.

Ærea ſecuri validos ſecuit tendines, h. e. cervicem amputavit ſeu collum, reprehendens *Apollonium* commentariis adnotantem, ferrum æs nominatum, cum ignoravit uſum fuiſſe æris ferro nondum reperto, ut & cecinit *Heſiodus*, *Mars* item Græcè à *ferro* Ἄρης dictus. *Mars* verò antiquior *Troja*. Suidas Ἄρης proprie σίδηρος. & *Diodor. Sicul. lib.* 17. *Bibliothec.* Dactylos Idæos ferrum primo excudere adortos, cum à Deorum matre didiciſſent, narrat.

§. 4.

Sed hi Trojanum ſeculum anteceſſerunt, ut & *Chalybes*, per quos, inquit *Ammianus Marcellin. lib.* 22. erutum ac domitum primitus ferrum, quod etiam *Virgilius* teſtatur,

qui

qui 1. *Georg.* ita canit : *Et Chalybes nudi ferrum virosaque Pontus.* Quem versum *Cornel. Schrevel. in annot. pag. m.66.* ita explicat: *Chalybes* gens in Ponto, quæ ferrum reperisse dicitur, & *nudi* necessitate operis & propter ferri cædendi studium. Et *lib.* 2. *Argon. Apoll.* canit, eos ferrum permutasse rebus ad vitam necessariis. *Sed ferrum producentem asperam terram colentes emtionem recipiunt vitæ necessariam.* Hos ab *Homero* in catalogo nominatos ἀλιζώνους referunt *Stephan. de Urbib. & Strabo. lib. Geograph.* 12. longe ab *Alyba*, scriptura videlicet transmutata, longe ex Calyba, qui postea sunt *Chaldæi* nuncupati, & quia *Homerus* adjecit :

ὅ θι ἀργύρου ἔστι γενέθλη,

ubi est argenti vena : & *Strabo* quoque adjunxit, ex terra autem metalla, nunc quidem ferri, priùs etiam argenti. Pluribus de his videre est

apud

apud *Nicol. Biffium Comment. in Claud. de rapt. Proserpin. fol. m.* 173.

§. 5.

At hi florentes *Trojæ* seculo illustres erant, quanquam nobis dubium non est, hos *Chaldæos* non esse, cum *Historici* & *Geographi Chalybas* ad *Thermodontem* fluvium constituant, & *Ponticam* gentem esse affirment. *Dionysius Afer* in περιηγήσει post *Tibarenos* statuit, *Mosynæcis Xenophon* subjicit. *Plinius* in *Ponticis* locat. *Strabo* juxta minorem *Armeniam*, & *Ptolomæus* tamen in Assyria *Chalybonem* oppidum agnoscit, haut procul ab *Euphrate* & *Chalybonitidem* regionem. Certe qui *Pontum* nunc habitant ferrum *Temir* appellant, ut & *Tartari*, quasi Græca origine, qua τέμνειν dicitur scindere, quod ferri maxime proprium inquit *Scaliger* 107. *Exercit. Cassiodor. lib. var.* 1. *epist.* 30. *pag. m.* 13. *edit. Paris.* 1588. *Belus*, inquit, fer-

ferreum gladium primus produxit, à quo & bellum placuit nominari, si credere dignum est; quin etiam antiquissimus Rex Ægypti *Vulcanus* dicitur apud *Suidam* voce Ἥφαιστος, elaborasse arma bellica & rustica instrumenta, vid. *Athanas. Kircher. Tom.* 1. *Syntagm.* 1. *c.* 10. *pag.* 88. *Oed. Ægypt.* Igne cælitus collato dono fretus armorum fabricationem & victus parandi rationem ostendit. Qui omnes sane Trojanis temporibus fuerunt superiores, & *Plin. lib.* 7. *c.* 56. Cyclopas tradit, qui Trojano seculo sunt vetustiores, fabricam ferream invenisse, adducitque *Hesiodi* testimonium asserentis, *Dactylos Idæos* ferrum in Creta invenisse; hinc illud *Virgil. lib.* 8. *Æneid.*

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.

§. 6.

Horum mentionem quóque facit *Claudianus lib.* 1. *de raptu Proserpin.*

pin. verſ. 97. - - quod non Cyclopea tela Stringimus.

tela à *Cyclopibus* fabrefacta, quia hi Vulcaniis circa ferrum officinis exercebantur. Conferatur *Biffius ad lib.* 1. *Claudian. fol. m.* 173. *edit. Milan.* qui fusè de his egit. *Clemens Alexandrinus* ex priſcis Græcis *lib.* 1. *Stromat. Cemnim* & *Damnæum* nominat, qui in *Cypro* primi ferrum invenerint. Ita *Scholiaſtæ* apud *Homer.* ſæpè χαλκὸν pro ferro dici volunt, & ferream haſtam χάλκεον ἔγχος, non æream, interpretantur. Porrò Sacrarum literarum monumentis eſt clarum & certiſſimum, rem antiquiſſimam fuiſſe ferrum, & illud convincit, quod Geneſ. IV. legamus: *Sella* uxor Lamech genuit *Tubalcain*, qui fuit faber in cuncta opera æris ac ferri, quem Joſeph. antiq. *Judaic. c.* 4. artis ferrariæ præceptorem vocat. His ita poſitis aſſerimus, ferrum prius

ære

ære fuisse, & ita etiam CALCARIA FERREA. Hujusmodi etiam erant *stimuli*, quibus boves ad cursum incitabantur, qui ansam ad CALCARIA excogitanda, dederunt. Morem hunc milites in bello usque ad nostra tempora retinuerunt, nec sine causa; quippe ferrum metallorum durissimum & crebro usu non ita facilè corrumpitur, uti alia. Quare homines hoc metallum elegerunt, quia ipsis ad hanc rem aptissimum videbatur.

§. 7.

Successu autem temporis crescenteque luxu, ab aliis, qui in dignitate constituti erant, & ad culmen honoris adscenderant, ARGENTUM usurpabatur, ex quo CALCARIA sibi fieri curarunt à fabris argentariis, qui argentea opera conficiebant, qua voce usi sunt

Anastas

Anastas. Bibliothec. in vita S. Demetrii Martyr. edit. viri doctissimi *Johann. Mabillon. tom.* I. *Analect. pag.* 76. Olim CALCARIA ARGENTEA Scutiferorum erant, Regestum homagiorum Nobilium Aquitaneæ an. 1273. ex *Camera Comput. Paris.* Etsi aliquis eorum non esset miles, debet servire Domino Regi cum caligis albis de scarleto & CALCARIBUS ARGENTATIS. Chron. Franc. ex Bibl. Memiana, quod citat. *Carolus du Fresne in Glossar. edit. Francof. fol. m.* 679. ex quo sequentia recenset: *Nous avons trouvé la bataille contre le plus vaillant escuier, qui onques en son temps chaussa esperons blancs.*

§. 8.

Quidam hominum non contenti argenteis calcaribus, nobiliorem adhuc sibi eligebant materiam,

riam, & hæc erat AURUM, inter metalla primum obtinens locum, quodque omni tempore maximi æstimatum fuit. Aurum enim omnium metallorum pretiosissimum ab aura, hoc est, splendore dictum; seu à Græco ἀυρὸς, quod divitem significat. Ex auro itaque conflata CALCARIA sunt illa, quæ aureo rutilant splendore; Et hoc modo rutilum stellarum fulgorem imitantur. Hinc de *Proserpina Claudian. lib.* 1. canit, quod *stellas accenderit in auro.* Nam splendor auri est splendor à sole participatus; & cum ardor syderum nihil aliud sit, quam ejusmodi participatus splendor, itaque ad effingendas stellas aurum delegit. Quare etiam his, qui olim singulari virtute præditi erant, tantum AUREA CALCARIA concedebantur, de quibus in sequentibus. Illud tamen etiam hoc locō

sicco

ficco ſilentii pede non tranſeundum, quod CALCAR etiam in navibus reperiatur, ubi prora *galea*, quæ lignum præfixum habebat, quo rates hoſtium transfiguntur percuſſæ; vid. *Anonym. hiſtor. Hieroſolym. pag.* 1167. Et hæc de CALCARIUM materia ſufficiant.

CAPUT V.

De CALCARIUM vario uſu in bello equeſtri.

§. 1.

A Bobus, qui ſtimulis agitabantur, translatum fuit CALCAR ad equos, quia Equites his utebantur, ut incitarent illos ad curſum. Hebræis nominantur מרישים & Chaldaicè מרישין à pungendo dicta, *quia his equus aut bos pungitur*. Deſcendit à radice מרש, quæ in

in Hiphil הִפְרִישׁ ex usu Chald. significat *pupugit*. Hinc nomen פָּרָשׁ *Eques*, qui equum pungit CALCARIBUS, quæ in pedibus habet, quibusque illum ad cursum incitat. Deinde etiam פרשים *Calcaria*, dentes rastri, quibus palea decutitur. *Esa.* 28. *v.* 27. Notatu autem dignum, quod פרש à פישין deducantur, quia hæc & equitibus & equis conveniunt. Siquidem פרש non solùm *equitum*, sed teste *Ludovico de Dieu* etiam *Equum* denotat. Sic 1. *Samuel. VIII.* 11. *Filios vestros capiet, & ponet sibi in curribus* ובפרשיו *& equis suis.* ita 2. *Sam.* 1. 6. *Esa. XXI.* 7. *cap. XXVIII*, 28.

§. 2.

Arabes equum فرس *pharas* dicunt à *rapiendo*, quod terram rapiat velocitate incessus sui. Ita habetur in libro *Damir*, uti cl. *Bochart.* refert. Neque itaque in-

eptum hoc ab Arabibus dici videatur, probabimus id ex *Martiali ad Priſcum lib.* 12. *epigr.* 14. *pag. m.* 665.

Parcius utaris, moneo, rapiente veredo,
Priſce.

Monet Priſcum venatione plurimum ſe oblectantem, ut caute, nec toto equi impetu feras perſequatur, ſi obvia pericula caſuſque declinare velit. Per rapientem veredum autem intelligit celerem & quaſi volantem. Itaque à rapiendo فرس vel ab Ebræo פרש quod primo *equitem* deinde etiam equum ſignificat. *Eques* porro פרש Hebræis dici potuit בעבור הפרישים אשר ברגליו à calcaribus, quæ ſunt in pedibus ejus, uti conjectat *Aben-Ezra* in *Proverb. XXIII,* 22. ubi פרש verbum eſt *pungere,* & inde Chaldæis פרש *Peras* CALCAR, STIMULUS.

§. 3.

§. 3.

Ad Arabicum فرس alludit Romanum ferus pro equo, cujus meminit *Virgil. lib. 2.*

Inque feri curvam compagibus alvum.

feri i. e. equi. Similiter פרשים *Persæ* Equites dicti ante *Cyrum*, quia etiam *Cuthæi* & *Elymæi* eodem nomine insigniti fuerunt, quorum tamen nec *Moses*, nec libri Regum nomine Persarum unquam mentionem fecerunt. Interim tamen *Persam* vel *Perseum* Equitem interpretantur omnes. Ita Græci postquam artem equitandi didicissent à *Phænicibus*, quos secum adduxerat *Cadmus*, Equites nuncuparunt. Eò TALARIA pertinent, quorum ope per aerem volasse fertur. Talaria sunt CALCARIA, quibus equum impellens & ad cursum incitans avium volaturam æmulatur *Eques.*

§. 4.

His Equos in prælio ad cursus incitabant, quos Hebræi דהרות vocabant. Ita Hebræorum *R. Selomo* exponit רקדת הסוס *saltum equi*, i.e. שהיו מרקידים את הסוסים במלחמה *quia equos in prælio ad saltum provocabant*, scil. *calcaribus* vel *stimulis*, quorum punctione ad cursum intensissimum, ut *R. Levi* explicat, incitabantur equi, ut quasi ungulis terram ferire videantur. Si itaque ungulæ firmæ, aptissimi equi ad cursum, si contritæ, nihil valebant. Hinc de equitibus *Sisaræ* fugam capientibus dicitur: Contritæ sunt & fractæ ungulæ equorum Sisaræ, ita ut nihil valuerint amplius, *quia summa contentione currebant, & terram ita feriebant.* Quilibet horum omnem impendebat operam, ut effugere & vitam conservare posset; quare, ut eò celerius properarent,

rarent, CALCARIBUS utebatur equumque ita impellebat, ut terram fodere dicatur. Ita quoque *Homer.* de equo currente;

Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει πεδίοιο κροαίνων.

Currit & abruptis campum ferit ungula vinclis.

Quod *Oppianus* imitatus sic habet *lib.* 1. Cyneg.

Immensum feriens velocior ungula campum.

§. 5.

Usus itaque CALCARIUM in prælio maxime necessarius erat, quippe antiquitus milites cursu pugnas aggredi solebant. De *Cyro Majore* in Assyrios dimicaturo refert *Xenoph. lib.* 3. *Cyrop.* cursu hoc fecisse. Testantur hoc multa scriptorum testimonia, quæ hoc loco adducere supersedemus, quia nostræ partis tantum est, de *Equitum* cursu disserere. Hujus apud

Julium Cæsarem sæpe] mentio fit. *Lib.* 6. *bell. Gall.* hæc refert: *Germani Equites* eodem illo, quo venerant, cursu ab decumana porta in castra irrumpere conantur. Et *lib.*2. concurrunt Equites inter se. Item *lib.*3. Equites à sinistro Pompeji cornu, ut erat imperatum, universi procurrunt; item, *illi celeriter procurrerunt.* Et *lib.*5. Numidæ levis armaturæ cum Equitibus procurrunt. Item, cum equis concitatis Juliani impetum fecissent. Ex his aliisque testimoniis satis constat, Equites concitato cursu hostes aggressos esse in prælio.

§. 6.

Sacram scripturam si evolvimus, certè illa incursus Equitum significans, similibus quibusdam utitur; dum hos mox cum nube, modò cum turbine, modò cum aquila comparat. Audiamus Prophetam

phetam Jeremiam cap. IV, 13. de Rege *Babylonis Jerosolymam* obsessuro loquentem: *Ecce! tanquam nubes adscendit, & turbinis instar est currus ejus, & equi ejus aquilis leviores*, & Habac. I, 8. Leviores erunt Pardis equi ejus. Item, Equites ejus è longinquo venientes, involabunt, ut aquila celer ad escam. Comparantur itaque Assyriorum equi cum turbine à Propheta, quia celerrimi. *Homer. Hymnic. de Troe Hymno in Vener. Latus vehebatur equis, quorum pedes erant instar turbinis. Sophocles in Oedipo Tyranno vers.* 475. Tempus nunc est in fuga pedem movere citius equis, qui feruntur instar turbinis. Similiter *volare* apud Prophetam denotat *celerrime volare*, uti observat *Kimchius*. Nam aquila reliquis avibus ad volandum levior est, & in aërem fertur sublimius omnibus aliis. Hinc trans-

fertur ad Equites, instar aquilarum volantes, uti *Oppianus* de Hispanicis equis *lib.* 1. *Cynegetic.* dicit, quod æthereas auras secent. Imò ab *Archia* velox equus vocatur aquila equorum.

§. 7.

Ad hanc velocitatem autem incitatos fuisse CALCARIBUS vel STIMULIS, qui loco calcarium erant, extra omne dubium. Horum enim instinctu equi impellebantur advolare & ruere in hostium copias, uti iterum Propheta *Jeremias* indicat *cap. VIII.* 6. dicens: *Ut equus in prælium ruens*, ubi ruens Hebr. est שוטף, quod propriè de torrente dicitur, qui præceps fertur. Unde R. *David Kimchi* in hunc locum: Propheta de equo dicit שוטף *propter impetum cursus ejus; quia ut torrens exundans, cum currit ad prælium.* R.

Salom.

Salom. Gallica voce reddit *Esbrides* quasi effrænes equos, vel habenis remissis. Quæ omnia satis ostendunt Equitibus CALCARIA in bello maximè necessaria esse. Ostendunt hoc Equites *Turcarum*, *Tartarorum*, & quos vocamus Hussaren/ quorum equi *stimulis* incitati ita celeriter currunt, acsi volare videantur. Sed hæc de Equitum CALCARIBUS sufficiant.

CAPUT VI.

De Calcarium usu in agitandis equis curruum falcatorum, & Elephantorum.

§. 1.

LEgibus *Judic. I.* 19. quod Deus cum Juda fuerit, ut montana occuparet, sed incolas vallium subigere non potuerit, ideò quod hi ferreos currus habuerint, Scien-

dum ergo est, *Ægyptios*, *Syros*, *Arabes*, *Asiaticos*, omnes priscis temporibus in belli acie currus falcatos ad diffindendos hostes habuisse Erant hi tales currus, quorum axibus ex utraque rotarum parte ferreæ eæque acutissimæ falces duorum circiter cubitorum erant insertæ. His curribus citato cursu in medios hostes irruebant & obvios quosque dissecabant. Horum curruum falcatorum mentio fit *Exod. cap.* 14. 6. in quem locum Italus *Don Filip. Picinelli dei lumi riflessi. fol. m.* 74. *edit. Milan.* ita commentatur: *Questi sono i primi carri falcati, che ne gli Esserciti si trovino introdotti, i quali guerniti da tutti i lati di taglienti falci, facevano un orrenda, e sanguinosa messe d'huomini d'animali, e biade; portando anco le Soldatesche con impetuosa velocità a combattere contra de gl'inimici.*

§. 2.

§. 2.

Currus hos variis gentibus frequentissimos fuisse testimoniis suis probant scriptores fide digni. Prodeat iterum citatus *Picinelli*, qui quasi compendio omnes complectitur his verbis: *L' uso di questi carri, da i gentili di buona voglia fù ricevuto; e l' afferma Alessandro ab Alessandro lib. 6. dier. genial. c. 22. Assyrii, Syrii, Arabes atque Asiatici ferè omnes, sicut & Britanni, e quando a i popoli della Siria, ciò si proua 2. Reg. 10. v. 18. oue e scritto: Occidit David de Syris septingentos currus. De gli Arabi lo dice Diodoro lib. 6. c. 1. De gli Asiatici Xenoph. l. 6. Pæd. De i Britanni Diodor. l. 6. c. 8. e Pompon. Mela l. 3. c. 6. così de gli Egittii, e dei popoli Negri Strab. lib. 17. de gli Africani Herodot. l. 7. de i Persiani Q. Curt. lib. 4.* Videatur quoque *Anonymus* l. de rebus bellicis apud *Dem-*

sterum, ubi venusta descriptio horum curruum militarium & ex his pugnantium exhibetur.

§. 3.

Notatu quoque dignum in his curribus, quod שלישים, vocentur nomine facto ex שלוש quod tres sonat. Græci τρισσάλας reddunt, i.e. si credimus Scholiis in *Ezech. XXIII. 23. eos, qui tribus equis insidebant: veteres enim, cum ad bellum proficiscebantur tribus equis vehebantur.* Alii שלישים dici volunt, quod tres in curru sedebant, quorum unus aurigam agebat *stimulis* vel *calcaribus* incitantem equos, alius clypeo protegebat, & tertius pugnabat. Ita *Origenes* & *Gregor. Nyssen.* His calculum adjicit *Godescalc. Stevvech. pag. m. 264.* ex cujus figura elucet, quod interdum duo vel tres viri vestitu & armis, ferro diligenter muniti equis invecti, citato cursu in

pu-

pugnam rapiant, id quod CALCARIBUS factum, uti pictura ostendit, simulque ipsa vox *concitare* rem declarat, quæ stimulis & calcaribus impellere denotat.

§. 4.

His missis progredimur ad Elephantos, quorum usus in bello fuit apud Asiaticos & Afros, qui olim in prælliis usi sunt Elephantis domitis & in dorso gestare turres adsuetis: in quibus jaculatores & sagittarii velut ex castellis pugnabant. Hi & stimulis & uvarum mororumque sanguine ad prælium incitabantur. Quemadmodum autem stimulis incitabantur, ita etiam stimulis inutiles reddebantur. Cum enim *Polysperchon* Megalopolim dejectis muris cum Elephantis expugnare putaret, horum naturæ peritiam habens *Damis* Megalopolitanorum Dux, complura magna

oſtia dènſis clavis confixit, & humilibus foveis conſtravit, tectis quæ extabant *cuſpidibus* : atque ita per ea aditum in urbem relinquens, â fronte quidem nullum collocavit militem : ſed tamen à lateribus multitudinem collocavit jaculatorum & ſagittariorum. Nemine ergò à fronte occurrente belluis, cum *Indi* in urbem irrumperent, & Elephantes magna mole incederent in confixa STIMULIS oſtia: pedes eorum clavis vulnerabantur & propter corporum gravitatem STIMULIS perforabantur : adeò ut neque ulterius progredi, neque reverti poſſent, irruptio irrita facta, teſte *Diodor. Sicul. lib.* 18.

CAPUT VII.

De

CALCARIUM uſu in Torneamentis, Germ. Turnierſpiel.

§.1. Tor-

§. 1.

TOrnamentum vel torneamentum in historia medii ævi Turnieren/Gall. *tournoyer*, Ital. *torniare*, est imaginario ludo equis decurrere, hastiludio se, exercere, à *tornare* vertere se, ut in *Legib. Longobard.* 1. *tit.* 21. *l.* 6. tornare se ut in conflictu fi-, sich wenden und kehren. *Hoplomachia*, quam communiter corrupto vocabulo *torneamen*, rectius *Trojanum agmen*, & Itali vernacula lingua *giostra*, a campo aperto vocant, illique decursui opponunt, cum Equites in *Catadromo* transvehuntur. G. *Richter in Epist. pag.* 701. Vocantur etiam Turney apud *Gevvoldum* d. S. R. de hac materia fuse in der Vorrede des 2. Theils des erneuerten Teutschen Wappen-Buchs. Warum die Turnier abgeschaffet worden. *Guilliman. de Habspurgens. l.* 6. *c. ult. f.* 408. *Cantipratens. f.* 443. Harsdörff. im grossen

sen Schauplatz Lust- und Lehrreicher Geschichte c. 47 n. 1. Dafür ist auffkommen das Kopff- und *Quintan*-Rennen/das Ringelrennen / das Zielschiessen zu Roß in vollem Lauff. Quidam Torneamentum Ludum Trojanum vocant, de quo *Limnæus* in J. P. l. 6. c. 5. n. 4, & l. 6. c. 4. n. 1. Turnier/ unde

§. 2.

Recenset cl. *Barthius* in Advers. lib. 5. fol. m. 249. ex *Gregoram.* lib. X. hæc verba : *Videmus clare* Torneamenta, *quæ hodie talibus festivitatibus celebrantur, pariter cum voce Germanica ad Græcos quoque transisse.* Nam duo illi, quos dicit, sunt quos Adventatores & manutenentes hodie vocant Aulici. Scribendum autem τόρνη vel τόρνης potius, quâ Germanica voce omnes Europæ hujus populi ad tales Ludos, nimis in-

interdum serios, significandos utuntur, pro suo tamen idiotismo quilibet eam detorquet. Ludi *Torneamentorum* apud Majores nostros frequentissimi fuerunt, uti ex *Rixneri* Thurnierbuch videre licet, & nihil aliud sunt, quàm *Ludi Equestres*, de quibus prolixè *Francisc. Modius* in Pandect. Triumphat. & hastiludiis, edit. Francof. ad Mœn. 1586. egit. Germani vocant Ritterspiel vel Turnier vid. *Joh. Jacob Speidel.* notar. Jurid. Polit. lit. T. pag. m. 896. edit. Argentor. 1634. Unde *Sebastianus Meichsnerus* teste *Besoldo* fol. 944. in præfatione, der Käyserlichen / Königlichen Land- und Lehnrecht unserer Teutschen Vorfahren conqueritur:

Seit die Ritterschafft Turniern vermeidt/
Und die Priesterschafft im Harnisch reit/

Und

Und weltliche Mönch geistliche Pfarren regieren/
So müssen wir Land und Leut verlieren.

§. 3.

Cum itaque hæc Torneamenta ab Equitibus Nobilibus exercebantur tantum; Spurii excludebantur, sie durfften nicht stechen/ oder nach dem Ringel rennen/ quia ejusmodi macula circa acquisitionē magistralitatis officit; ita etiam in hac actione maxime illustri oberat. *Limn.* de J. P. lib. 6. c. 5. n. 55. Ita etiamnum hodie Nobiles tantum de stirpe sati, quique suam Nobilitatem ex quatuor avis paternis & maternis nobilibus probare possunt, ad ludos ejusmodi Equestres ab Henrico Aucupe in usum revocatos admittuntur. *Reinhardus Comes à* Solms in lib. Germ. Von des Adels Ursprung/

ad

ad fin. fere. *Sebastian. Münster.* in Cosmograph. lib. 5. c. 418. *Francisc. Modius* in Pandect. Triumphat. tom. 2. lib. 1. pag. 9. Hinc bene D. *Carpzovius* pract. Criminal. part. 3. quæst. 134. n. 15. asserit, quod ad Certamina Equestria, zum Thurnier- und Ringelrennen / Nobilibus solùm pateat aditus. *vid. fol. m.* 355.

§. 4.

Quo autem in his ludis vires probentur, equi CALCARIBUS ad cursum acerrimum incitabantur, singularibus radiis formatis, ut his equos magis magisque pungere possint. Horum magna copia exhibetur in arce Stuttgardiana, quam appellant den neuen Bau. Meretur sane hoc antiquitatis monumentum, ut à quovis peregrino perlustretur. Hic varii generis variarumque formarum CALCA-

RIA

RIA reperiuntur, quæ probant veteros his in ludis equeſtribus uſos fuiſſe. Olim enim Stuttgardiæ locum ejusmodi ludorum Equeſtrium fuiſſe, reliquiæ teſtantur, cum quædam plateæ in ſuburbio dicantur auf den Thurnier. Neminem itaque latet, quod in torneamentis & ludis Ringel rennen, *calcaria* maxime neceſſaria fuerint, quia celerrimo curſu hi peragebantur, & ſine punctione ad ſcopum perveniri non poterat.

CAPUT VIII.

De

CALCARIUM uſu in arte Equeſtri, in der Bereit-Kunſt.

§. I.

QUam utilis ars Equeſtris Nobilibus ſit, ex variis illorum exercitiis conſtat. Non autem ſtatim equi ad illam apti ſunt, ſed magna

gna opera prius informandi, antequam in ludis, bello, & aliis exercitiis adhiberi & usurpari possunt. Quamobrem inventâ arte equestri, die Bereit-Kunst à Magistro Equitum, vom Bereiter / instruuntur, recta linea incedere & ad metam præfixam currere. Magnâ autem hac in arte prudentia opus, ne nimia calcarium incitatione Equi inniutiles reddantur. Consultum itaque non est, statim calcaria acria equo juniori supponere, quia exnimio terrore calcarium equi timidi fiunt. Interim tamen necesse est, equos calcaribus adsvescere pedetentim, quo in ejusmodi actionibus apti reddantur, in quibus necessitas CALCARIA postulat, ut in bello, ludis equestribus, venatione & aliis rebus.

§. 2.

Quamvis equi militares ita disposi-

positi esse debeant, ne *calcaribus* opus sit; attamen necessitas requirit, ut etiam nobiles & generosi equi CALCARIA tolerare discant. Quidam enim equorum tam feroces & impatientes sunt, ut calcaribus incitati, fugam capere tentent, imò ad sonum ipsorum fuga campum petant. Hi sane in bello, & in ludis plus damni quam commodi afferunt; nam fortè fortuna ab alio illius ordinis *calcari* tacti, ordinem disrumpunt & confusionem causant. Cum autem Eques sine dedecore *calcaribus* egere non debeat, necesse est, ut equus *calcarium* vim perferat & sentiat, quo his incitetur; piger autem hæc timeat; mediocres alacriores fiant, & in gyros torqueri patiantur, quoties Eques desiderat. Alia autem via incedendum cum equis igneis & generosis, his non statim *calcaria* sunt subdenda, aliàs omnis labor in-

inutilis erit, sed sono tantum calcarium primò excitandi.

§. 3.

Modi CALCARIA applicandi à Magistris Equitum varii observantur. Quamprimum illi equum in hac disciplina instruunt, non statim ipsa CALCARIA admovent, sed baculo utuntur, quem vocant Spornstab mit einem gar linden Ballen/ an dem einen Ende überzogen mit einem harten Ballen / mit einer Spitzen von Holtz oder Eisen; quo sæpe tangendi equi, & pungendi eo in loco, quem deinde *calcaria* tangunt equitis. Deinde adhibent CALCARIA sine rotis, an welcher Stelle/ scribit quidam artis hujus peritus grosse runde linde Ballen an die Spitzen gemacht/ 2. kleinere Ballen. 3. härtere Ballen. Und diese Sporen sind die erste/

so

so nach Zurücklassung des Sporenstabs und dessen Gebrauch bei dem Exercitio zu Fuß / versuchet werden. Hoc facto, aliud genus *Calcarium* admovetur, quod quidem rotulis instructum, ita tamen, ut loco aculeorum globuli parvi reperiantur. Es sind Sporen mit Rädern/an welchen für die Spitzen kleine runde Knöpffe / welche man grad-weise je länger/je öffter und empfindlicher gebrauchet. Porrò alia sunt CALCARIA, quorum aculei seu radii parvis globulis teguntur, ita ut globuli semper minuantur, donec in aculeos evadant. Denique CALCARIA acuta applicantur, quæ, ut circumstantiæ & qualitates equorum ferunt, sunt usurpanda, ita tamen ut certi gradus observentur.

§. 4.

Ut igitur paucis multa complectamur,

tamur, operæ pretium esse duximus verba Germanica cujusdam Magistri Equitum adscribere; ex quibus elucebit, quanta prudentia in applicatione CALCARIUM requiratur. Die grosse Knöpff-Sporen avanciren in der Führung/wie die vorigen / denn werden sie auch mit den folgenden abgewechselt. Wenn dieses geschehen / werden sie versucht (1.) zur Spornata finta, einfach / doppelt/ dreyfach / für hitzige Pferde im Anfang des Reitens zu einer Hülffe/auch im Ende/ wenn man von den leisen zu den starcken Hülffen schreitet / indem sich der Reuter stellet/als wolt er treffen. (2.) zum serriren, wenn der Reuter den Sporen flach in die Haut leget. (3.) zum Pinciren, wenn er das Pferd darmit zwacket. Unter solche starcke Hülffen gehören (4.) Spornata mezza,

in einer starcken Hülffe/wenn der Sporn gar sacht trifft/bey willigen Pferden. (5.) zur Spornata vera, wenn der Sporn starck trifft/ und ist nöhtig bey faulen und ungehorsamen Pferden. (6.) Zur Spornata granda, in grossen Nohtfällen. Ex his sane patet, quod in applicandis *calcaribus* cautè sit procedendum, inprimis si in gyros torquendi, vel dextrorsum sinistrorsumque vertendi sunt equi. Hoc tamen monendum, quod fere omnis ars equestris in CALCARIBUS admovendis consistat.

CAPUT IX.

De CALCARIUM usu ad agitandos Postarum equos, Post-Pferde.

§. 1.

HActenus egimus de CALCARIBUS

RIBUS varii generis Equitum; nunc ordo requirit, ut etiam *Postarum equorum* mentionem faciamus. *Postæ* autem sunt equi publici per vias publicas dispositi. Hi tantum summam utilitatem præbent iter facientibus literasque alicubi mittentibus. De his fuse *Limn.* Addit. tom. 2. ad l. 3. c. 9. pag. 53. Non autem cuivis competit Postas instituendi, sed soli Imperatori, teste *Limn.* in jur. Publ. lib. 2. c. 9. num. 133. Horum itaque equorum subsidio aliquis celerrimo cursu alias petere regiones potest. Refert. *Jul. Capitolin.* in vit. Maximin. pag. 364. n. 25. quod nuntius, qui ex Aquilejensi agro Romam missus, tanto impetu mutatis animalibus cucurrerit, ut quarta die Romam venerit. *Cuspinianus* de Tiberio meminit, daß er zu seinem Bruder Druso, der in Teutschland kranck lage / in die

200000. Schritt Tag und Nacht auf der Post gereiset sey. Ann. 1600. *Ibraimas* Purpurat. Chausios Byzantium misit, tanta celeritate, ut vix credibile videatur. Intra decimum siquidem diem *Belgrado* itum *Byzantium* ac reditum.

§. 2.

Origo harum *Postarum* antiquissima, siquidem hæ 500. annos ante natum Christum in usu fuerunt. Mentio etenim illarum fit *Esther VIII*, 10. *Misit literas, cursores celeres, equitantes in equis Angariis, regios cursores, natos angariis.* His sane duabus vocibus teste *Tremellio* in not. ad h.l. *Regii cursores* definiuntur *Cursores Angarii*, quales in Perside stativis locis erant dispositi, referente *Herodot.* lib. 8. Solebant enim Persarum Reges certis stationibus dispositos habere tabella-

bellarios & nuncios, quorum alter alteri traderet mandata, ut celerius perferrentur. Dividebant quoque itinera sua in Parasangas, & ideo tabelliones & bajuli, ut quasque parasangas attigissent, quiescebant, ut docet *Agathias*, lib. 2. Hoc itaque Persicum vocabulum primum in Græcum, deinde in Latinum transiit idioma; hinc ἀγγαρεῖον δρόμημα, cursus celerrimus equitum.

§. 3.

De Romanis recenset *Ælius Spartian.* in Adriano, quod *cursum fiscalem* instituerit. *Adrianus Turnebus* Adversar. lib. 29. c. 12. hoc modo exponit & inquit, *Adrianum* instituisse *cursum fiscalem*, id est, ut fiscales cursus fisci sumptibus tolerarentur, cum antea illud esset magistratuum onus. Quæ explicatio certe manca & mutila est.

Quis enim esset fiscalis cursus, prætermittit, in quo magis erat elaborandum. *Cœlius Rhodigin.* lib. 21. c.24. antiq. Lection. inquit: *Cursus publicus aut fiscalis dicebatur, cum ab Imperatoribus certis locis equi præceleres destinabantur, quibus non utebantur alii, nisi facultate impetrata, quam vocant tractatoriam.* Vir hic peritissimus propinquius rem tetigit, at certè nec exacte, nec sat benè rem ipsam aperit: namque cursum fiscalem publicum fuisse, nulli dubium est, quod equis præceleribus constaret, quos ille *Veredos* appellat, non undequaque verum; siquidem satis ex *Procopio* lib.2. bell. Persic. constat, equos publicos in eum usum fuisse institutos, ut *Veredarii* celeribus equis invecti Regum literas proveherent. Hodie CORRERE LA POSTA vulgò dicimus, quod dispositis equis cursitare antiquio-

res

res dixêre. *Ammian. Marcell.* lib. 20. ubi de *Florentii* præfecti fuga: *Charitates ejus cum re familiari intacta, publico cursus usu ad Orientem redire tutius imperavit.* Et lib. 21. ubi de *Tauro, Præfecto Prætorio* verba facit: *Vectusq; mutatione celeri cursus publici.*

§. 4.

Verum sicuti veritati consentaneum fatemur, cursus fiscales seu publici speciem fuisse cursum, qui fit dispositis equis frequenter mutatis, mit verwechselten Pferden/ ita non omnem cursum fiscalem hujusmodi fuisse, constat. Siquidem cursus nomine hoc loco intelligendum iter quodcunque, fiscalis verò seu publicus, id est, fisci vel publici impensis factus, qui non solùm equis, sed & vehiculis, & navibus perficiebatur. Hinc *Versuales equi, Cassiodor.* lib. 4.

var. epist. ad Godiscalc. l. 9. C. Theod. de leg. & dec. leg. quibus scil. in causa Principis utebantur. Horum item meminit *Amm. Marcell.* lib. 28. *Transeo*, inquit, *quod quidam per ampla urbis spatia, subversosq; silices sine periculi metu properanter equos velut publicos signatis*, (*quod dicitur*) *calceis agitant.* Et per initia lib. 15. de *Apodomio* ad *Constantium* Galli necem perferente: *Equorum*, inquit, *permutatione veloci.*

§. 5.

Nostram ætatem si consideramus, omnibus constat, quod per universam Europam *Postæ* ita sint dispositæ, ut quilibet facile equorum cursu ad itineris scopum pertingere possit. Cum itaque equi ferè in continuo cursu conservandi, CALCARIBUS incitantur & punguntur, ne à cursu desistant. Valde itaque CALCARIA, ad

Posta-

Postarum equos pellendos, necessaria sunt, aliàs eventus vix desiderio respondebit, cum lassi reperiantur equi, qui vix CALCARIBUS incitari possunt. Similiter in *Ludis Circensibus* equi CALCARIBUS ita agitabantur, ut veluti aves in circo volarent.

CAPUT X.

De Calcarium usu in flagellatione Monachorum.

§. 1.

QUemadmodum autem sæpe Equis CALCARIA ita subdebantur, ut cutis læderetur & sanguis effluueret; ita mirari satis non possumus dementiam quorundam hominum, qui minutis calcaribus scuticæ affixis cutem suam ita discerpunt, ut sanguis ex vulneribus copiose fluat. Et hi apud

Pontificios FLAGELLANTES vocantur. Operæ itaque pretium erit, paucula de his in medium proferre, quippe spe firma nixi sumus, haut injucundum Lectoribus fore.

§. 2.

Originem *flagellationis* Pontificiorum si quis scire desiderat, illi respondemus, quod ex Gentilismo ortum trahat. Flagellatio enim in honorem *Cybeles* peragebatur, ut & *Isidis*, uti *Jacobus Genasius* de victimis humanis part. 2. pag. m. 81. fuse probat. Deinde etiam *Lacedæmoniis* in honorem *Dianæ Scythiæ* usitata fuit, uti plurima scriptorum testimonia hæc probant. *Cicer.* & *Lucian.* de gymn. pag. 771. *Hygin.* & *Tertull. Pausan. Mart.* & hanc flagellationem ante aram factam esse docet *Plutarch.* Apophtheg. Lacon. & in Lycurg. p. 81. Hoc autem *flagellum*, quo verberabantur, *scuti-*

ſcuticam vocat *Philoſtratus* de Apollonio lib. VI. cap. 10. *Lorum*, *Acron Scholiaſt. Horat.* Hinc intelligitur etiam *Valer. Flaccus* Argonaut. lib. I.

Taurea vulnifico portat cælataq; plumbo
Terga Lacon, ſaltem in vacuos ut brachia ventos
Spargat.

Lucianus Icaromenippus pag. 669. *Lacon loris cædebatur*, dixit *Charicles* lib. I. de urbanis ludis apud *Athen.* lib. VIII. pag. 350.

§. 3.

Hunc *Lacedæmoniorum* in flagellandis filiis abominabilem morem, quo profuſo ex vulneribus ſanguine *Dianæ Tauricæ* ſive *Orthiæ* velificati ſunt, imitati etiam proh dolor! Chriſtiani fuerunt, cum jam Romani Pontificis poteſtas ubique per Europam prævalere inciperet. Ejus rei hiſtoriam nobis exhibet *P. Æmilius* lib. 3. Hiſtor. ſequenti-

bus verbis: *Fulco Comes Andegavensis, Martelli pater, aliquot ante annis duorum omnino vernaculorum comitatu Hierosolyma peregre profectus, illis jure jurando adactis, se, quod imperaretur, facturos, sumpto noxii damnatiq; habitu, eorum alteri se collo resti illaqueandum trahendumq; ad Domini monimentum tradidit, alteri virgas dedit, quibus se tergo casum lacerumq; eodem fade agerent, vociferantem: Admitte Domine miserum Fulconem perjuram & fugitivum tuum. Hoc factum satis constat, sed cujusnam perjurii sceleriſve expiandi causa, non liquet.*

§. 4.

Ita etiam Rex Angliæ *Henricus Secundus*, cum pœniteret, jussu Legati Pontificii ab Episcopis ter, & singulis Monachis, qui octuaginta erant, quinquies virgis percussus est. Et licet *flagellationes* illæ lege

&

& edicto ſancito in *Gallia* antiquatæ fuerint, teſte *R. Guagnino* in *Philippo Valeſio*; attamen hodiè apud Pontificios magna cum crudelitate exercentur. Quippe *Martyr* auctor eſt, quod hæc flagellatio in *Italia* majori hebdomada ante Paſcha adeò ſevere & crudeliter exerceri ſoleat, ut ſanguis affatim ex dorſo flagellatorum fluere conſueverit. Et eruditiſſimus vir *Johannes Valkenier* in Roma Paganizante & ſpeculo Papiſmi c. 3. pag. 529. ex *Rhenano* annotavit, veteris *flagellationis* Ethnicorum veſtigium videri apud Italos in Litaniis. Eodem tempore milites non ſemel, ardente bello Belgico cum Hiſpanis geſto, corpora ſua etiam ſtridentibus flagellis laniaverunt, ſanguineo rore rubefecerunt, cruentis inciſionibus diſtinxerunt, atque maxima injuria affecerunt, ut ita cruentis ſanguinis ſui libationibus

Numinis pacem promererent, & Dei iram dorsis & capitibus suis ob perpetua scelera imminentem averterent & exstinguerent. De his consulantur *Annal. Belg.* & inprimis *Petrus Hoofdius* lib. 6. histor. Belg.

§. 5.

Hanc *flagellationem* diram in Germania usitatissimam esse, experientia docet, ut scuticis terga lacerent, quibus in fine seu apicibus CALCARIA MINUTA affixa sunt, quo citius sanguinem eliciant. Ejusmodi scuticam possidemus hoc modo formatam. Constat ex funiculis parvis à restione contortis,



quâ

quâ die Parasceves ita quidam Pontificiorum terga discerpunt, ut cruor copiose defluat.

De *Aloysio Gonzaga* memorant historiæ, quod humeros suos *calcaribus* instar cilicii strinxerit, ea nimirum ratione proprium spiritum ad perfectionis & æternæ gloriæ semitam velocius decurrendam extimulaturus. vid *Joh. Rho* de var. Virtut. hist. l. 7. c. 5. n. 3. Hujus quoque meminit libell. Gallicè scriptus *les conformitez des ceremonies modernes avec les Anciennes*, edit. 1667. Et hæc de *Calcaribus* Monachorum.

CAPUT XI.

De CALCARIUM usu in navibus.

§. 1.

IN præcedentibus mentionem feci-

fecimus CALCARIUM navium, & vidimus, quod illa maximo usui sint, præsertim in bello navali, quando naves firmandæ, ibi est *rostrum*, protensa aliqua navis pars, eaque ærata. *Virgil*, lib. 1. Æneid.

Spumas salis ære ruebant.

Hoc de rostratis navibus *Adrian. Turneb.* intellexit. Et lib. 10. Æneid:

Massicus ærata princeps secat æquora tigri.

Et paulo post:

Quot prius ærata steterant ad littora proræ.

Hoc ideò, ut non tantum compagem navium firmarent, sed etiam, ut in naves hostiles audacter incurrere, & aliquam ejus partem impetu facto affligere possent.

§. 2.

Consensum præbet *Lilius Gyrald.* de

de navig. libr. ubi ita differit: *Rostratæ naves Chalcembolæ dictæ erant, quarum æratum erat rostrum. Rostra autem navium appellantur, quod ferreo armantur rostro.* Isidorus quidem dictas ait ab eo, quod in fronte rostra ærea habeant, propter scopulos, ne scil. feriantur vel collidantur. Alii alia de causa, uti dictum, propter prælia navalia. Hæc *rostra* ab aliis CALCARIA nominantur, quia illorum instar naves pungunt, quemadmodum eques equum.

CAPUT XII.

De CALCARIUM mystica significatione.

§. I.

HActenus perlustravimus varios CALCARIUM usus, in quibus illa maxime necessaria fuerunt, pau-

paucis exceptis. Nunc progredimur ad *Calcarium* mysticam significationem, ubi vox *Calcar* modò in bonam, modò in malam accipitur & interpretatur partem; quippe tàm de iis, qui acerrimè virtutem sequuntur, quàm iis, qui vitia turpissima sectantur, dicitur. De omnibus affirmatur, quod CALCARIBUS vel STIMULIS ad hoc vel illud incitentur. Videbimus itaque paucis, quid veri, quid falsi insit.

§. 2.

Quid aliud Poëta *Ovidius* 4. *de Ponto* 2. *eleg.* 8. indicare voluit, quando ita canit:

Laudataq; virtus
Crescit & immensum gloria calcar habet;

quàm ut omnes ad gloriam quasi calcaribus incitentur? Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque

quiſque maximè gloria ducitur; ſed gloria vera ac ſolida, non populari; gloria expreſſa, non adumbrata; cujus curſus non vitæ humanæ repagulis contineatur, ſed perenni definiatur cælorum & aſtrorum converſione. Hæc enim eſt virtus unica, quæ homines ex timidis fortes facit: quæ difficillima quæque ut facilia, ut expedita, ut nullis obſtructa difficultatibus videantur, efficit. Sic gloria optimum quemque ac fortiſſimum virum ad virtutis ſtudium impellit, eique ad candidam illam metam properanti faces ardentiſſimas ſubjicit. Quemadmodum enim Equus CALCARIBUS agitatus celerrime ad ſcopum volat, nullum laborem, nec periculum timens, ita & gloriæ cupidi celeriter ad illam feſtinant, nullum periculum nec laborem tergiverſantes, vide *Mendozam*, qui in Commen-

tario

tario ad 1. Samuel. eruditè de hac disserit. Posset his verbis uti Professor vel Rector Scholæ, qui Auditores sedulos ad majorem ardorem incitare conatur: Annuitis? mea vos jam interpellabit oratio: quos quanquam ex eorum adolescentum numero esse video, qui refrenandi potius à gloria, quam incitandi sunt, & quos egregia indoles ad laudem, laus ad laborem, labor ad tolerantiam semper impulerit, nunquam tamen vel CURRENTES desinam instigare, nunquam ardentiores desinam vestris faces subjicere, quarum vel luce illuminati, vel flamma accensi, ea flagretis gloriæ cupiditate, cujus splendore decoratam optimi cujusque industriam intellexistis.

§. 3.

Hinc adagia illa: *Currentem incitare: CALCAR addere currenti,*

i. e.

adhortari quempiam ad id, ad quo jam ſuapte ſponte tendit. Atque hac figura mitigamus vel præcludimus magis offenſam admonitionis. *Cicero* ad Caſſium, *ut Cæſarem in Italia viderem, ſic enim arbitrabamur, eumq; multis honeſtiſſimis viris conſervatis, ad pacem currentem, ut ajunt, incitarem.* Idem ad Quintum fratrem l.II. *Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Sed me hercle currentem nunc quidem.* Rurſus ad Atticum: *Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, currentem tu quidem.* Plin. ad Cannium: *Scio te ſtimulis non egere, me tamen tui charitas evocat, ut currentem quoq; inſtigem.* Ducta eſt hæc metaphora ab his, qui curſu certant, aut quibus acclamatio ſolet addere velocitatem. Itaque *currentem incitamus*, cum ad id vocamus aliquem, ad quod ſuapte natura

tura & cupiditate fertur. Potest in bonam & malam partem usurpari. Si quis igitur animum ad studia vel virtutes applicuit, admonere eum possumus, ut pergat. Si quis vero luxuriæ deditus noctes diesque voluptatibus indulget, magis magisque ab aliis incitatur, in malam adhibetur partem.

§. 4.

Ita CALCAR *addere Currenti*, translatione sumpta ab Equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, *calcar* addunt, significat, exstimulare languentes, qui quidem in actionibus suis pergunt, verum non alacriter, hi admonitionibus seu *Calcaribus* incitandi, ut cursum in actionibus celerius perficiant.

§. 5.

Equi CALCARIBUS incitati, loca

loca quævis ardua tentant. Unde lemma CALCARI subjunctum; *Movet & impellit.* Has ipsas vires Majorum exempla congenitas habent: juventus enim ab iisdem extimulata ad quasvis operationes accingitur. Unde *Hegesip.* lib. 2. inExcidio cap.5. *Sicut boni Principis vita probitatis quædam præscriptio, & per universos vivendi forma est; ita Imperatoris colluvio, lex flagitiorum.* Facta enim superiorum non tam invitant, quàm cogunt subditos ad imitationem. Unde *Matthæus* publicanus ad Servatoris mensam post conversionem suam accumbens, alios complures publicanos quantocyus in vestigia sua traxit, & ejusdem mensæ venerabundos ac pœnitentes convivas est sortitus. Ad hoc propositum *D. Paschas.* l.5. in Matth. *Unius peccatoris conversio multis exemplum præbuit pœnitentiæ.* Exemplorum

rum ratio licet minus habeat ingenii & jucunditatis: attamen ad persuadendum efficax, cum præsertim omnes facilius ducamur exemplis, quàm verbis, quibus ad incitamenta virtutis adduntur STIMULI & CALCARIA non mediocres. Quis *Ajacem* istum fulmine percussum propter *stupratam Cassandram* aspiciens à vagis non absterreatur libidinibus? Quis *Æneam* videns tergo patrem *Anchisem* senio confectum ex incendio Trojano efferentem, pietatis exemplum erga parentes non inde capiat? Quis *Lausum* in acie stantem & pro salute patris caput hostium telis objicientem, non laudet, non miretur, non illi similis esse cupiat?

§. 6

Ut plurибus testimoniis hæc, quæ diximus, probemus, prodeat

Vel-

Vellejus Patercul. in hiſtor. Rom. de Auguſto Cæſare, ubi ait: *Facere rectè cives ſuos Princeps optimus faciendo docet.* *Tilius* lib. 2. de rebus Gallic. prope finem rectè monet, inprimis neceſſarium eſſe, ut Regis domus munda honeſtaque conſervetur. Nam ſi qua virtutis monumenta in ea Rex conſtituerit, ea totum regnum proſequetur, ut è contrario præceps in vitia fertur exemplo Regiæ. Hoc non ignoravit *Martial.* qui lib. 9. epigram. rectè ad Domitianum ſcribit:

Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed Dominus mores, Cæſareanus habet.

Hoc *Claudianus* quoque reſpexiſſe videtur, cum ait in Paneg. de quart. Conſulat. Honor.

componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus

Humanos edicta valent, quam vita regentis;
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

De his plura legi possunt apud *Richter.* in axiom. Politic. pag.m. 282.283. seq.

§. 7.

CALCARIA porrò, frena & flagella, ab humana prudentia ad equorum superbiam edomandam inventa sunt; iis enim stimulis discunt hero suo obedire, & in omnes ipsius nutus flecti. Unde illa Equitum supellex in fasciculum coacta Symboli loco deserviit, hoc lemmate: HIS EQUI, ÆQUI. Innuebant videlicet, castigationibus, exemplis, consiliis ac supplicorum formidine duras & obstinatas quasvis hominum cervices emolliri & ad æquitatis leges flecti. *Themistocles*, referente *Plutarcho* in vit.

vit. ejus, dicere ſolebat: *Aſperos & indomitos pullos in optimos equos evadere, ſi quis illis adhibeat diſciplinam, rectamq; inſtitutionem.* Rabbi *Ben Syra* inter cæteras ſuas ſententias etiam hanc numerat: *Aurum indiget percuſſione, & puer verberationibus.* Veluti diceret: Sicut aurum inter malleorum impulſus ſplendorem ac ornamentum longè maximum ſortitur; ita juventutem virtutibus ac ſcientiis ſub rigidiore ferula aſſueſcere.

§. 8.

Sicuti frenum equo inter ancipites vias dirigendo; ita CALCAR eidem excitando ac propellendo deſervit. Unde CALCAR freno junctum epigraphen ſuſtinet, *Excitat & dirigit.* Geminum hoc *Prædicatoris veri* munus eſt, ut ignavos excitet, & errabundos ad directam Legis divinæ ſemitam

Numinis pacem promererent, & Dei iram dorsis & capitibus suis ob perpetua scelera imminentem averterent & exstinguerent. De his consulantur *Annal. Belg.* & inprimis *Petrus Hoofdius* lib. 6. histor. Belg.

§. 5.

Hanc *flagellationem* diram in Germania usitatissimam esse, experientia docet, ut scuticis terga lacerent, quibus in fine seu apicibus CALCARIA MINUTA affixa sunt, quo citius sanguinem eliciant. Ejusmodi scuticam possidemus hoc modo formatam. Constat ex funiculis parvis à testione contortis,



quâ

quâ die Parasceves ita quidam Pontificiorum terga discerpunt, ut cruor copiose defluat.

De *Aloysio Gonzaga* memorant historiæ, quod humeros suos *calcaribus* instar cilicii strinxerit, ea nimirum ratione proprium spiritum ad perfectionis & æternæ gloriæ semitam velocius decurrendam extimulaturus. vid *Joh. Rho* de var. Virtut. hist. l. 7. c. 5. n. 3. Hujus quoque meminit libell. Gallicè scriptus *les conformitez des ceremonies modernes avec les Anciennes*, edit. 1667. Et hæc de *Calcaribus* Monachorum.

CAPUT XI.

De CALCARIUM usu in navibus.

§. 1.

IN præcedentibus mentionem feci-

fecimus CALCARIUM navium, & vidimus, quod illa maximo usui sint, præsertim in bello navali, quando naves firmandæ, ibi est *rostrum*, protensa aliqua navis pars, eaque ærata. *Virgil*, lib. 1. Æneid.

Spumas salis ære ruebant.

Hoc de rostratis navibus *Adrian. Turneb.* intellexit. Et lib. 10. Æneid:

Massicus ærata princeps secat æquora tigri.

Et paulo post:

Quot prius ærata steterant ad littora proræ.

Hoc ideò, ut non tantum compagem navium firmarent, sed etiam, ut in naves hostiles audacter incurrere, & aliquam ejus partem impetu facto affligere possent.

§. 2.

Consensum præbet *Lilius Gyrald.* de

de navig. libr. ubi ita disserit: *Rostratæ naves Chalcembolæ dictæ erant, quarum æratum erat rostrum. Rostra autem navium appellantur, quod ferreo armantur rostro.* Isidorus quidem dictas ait ab eo, quod in fronte rostra ærea habeant, propter scopulos, ne scil. feriantur vel collidantur. Alii alia de causa, uti dictum, propter prælia navalia. Hæc *rostra* ab aliis CALCARIA nominantur, quia illorum instar naves pungunt, quemadmodum eques equum.

CAPUT XII.
De CALCARIUM mystica significatione.

§. I.

HActenus perlustravimus varios CALCARIUM usus, in quibus illa maxime necessaria fuerunt, pau-

paucis exceptis. Nunc progredimur ad *Calcarium* mysticam significationem, ubi vox *Calcar* modò in bonam, modò in malam accipitur & interpretatur partem; quippe tàm de iis, qui acerrimè virtutem sequuntur, quàm iis, qui vitia turpissima sectantur, dicitur. De omnibus affirmatur, quod CALCARIBUS vel STIMULIS ad hoc vel illud incitentur. Videbimus itaque paucis, quid veri, quid falsi insit.

§. 2.

Quid aliud Poëta *Ovidius* 4. *de Ponto* 2. *eleg.* 8. indicare voluit, quando ita canit:

Laudataq; virtus
Crescit & immensum gloria calcar habet;

quàm ut omnes ad gloriam quasi calcaribus incitentur? Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque

quisque maximè gloria ducitur: sed gloria vera ac solida, non populari; gloria expressa, non adumbrata; cujus cursus non vitæ humanæ repagulis contineatur, sed perenni definiatur cælorum & astrorum conversione. Hæc enim est virtus unica, quæ homines ex timidis fortes facit: quæ difficillima quæque ut facilia, ut expedita, ut nullis obstructa difficultatibus videantur, efficit. Sic gloria optimum quemque ac fortissimum virum ad virtutis studium impellit, eique ad candidam illam metam properanti faces ardentissimas subjicit. Quemadmodum enim Equus CALCARIBUS agitatus celerrime ad scopum volat, nullum laborem, nec periculum timens, ita & gloriæ cupidi celeriter ad illam festinant, nullum periculum nec laborem tergiversantes. vide *Mendozam*, qui in Commentario

tario ad 1. Samuel. eruditè de hac differit. Posset his verbis uti Professor vel Rector Scholæ, qui Auditores sedulos ad majorem ardorem incitare conatur: Annuitis? mea vos jam interpellabit oratio: quos quanquam ex eorum adolescentum numero esse video, qui refrenandi potius à gloria, quam incitandi sunt, & quos egregia indoles ad laudem, laus ad laborem, labor ad tolerantiam semper impulerit, nunquam tamen vel CURRENTES desinam instigare, nunquam ardentiores desinam vestris faces subjicere, quarum vel luce illuminati, vel flamma accensi, ea flagretis gloriæ cupiditate, cujus splendore decoratam optimi cujusque industriam intellexistis.

§. 3.

Hinc adagia illa: *Currentem incitare; CALCAR addere currenti,*

i. e.

i. e. adhortari quempiam ad id, ad quod jam ſuapte ſponte tendit. Atque hac figura mitigamus vel præcludimus magis offenſam admonitionis. *Cicero* ad Caſſium, *ut Cæſarem in Italia viderem, ſic enim arbitrabamur, eumq; multis honeſtiſſimis viris conſervatis, ad pacem currentem, ut ajunt, incitarem.* Idem ad Quintum fratrem l. II. *Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Sed me hercle currentem nunc quidem.* Rurſus ad Atticum: *Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, currentem tu quidem.* Plin. ad Cannium: *Scio te ſtimulis non egere, me tamen tui charitas evocat, ut currentem quoq; inſtigem.* Ducta eſt hæc metaphora ab his, qui curſu certant, aut quibus acclamatio ſolet addere velocitatem. Itaque *currentem incitamus*, cum ad id vocamus aliquem, ad quod ſuapte natura

tura & cupiditate fertur. Potest in bonam & malam partem usurpari. Si quis igitur animum ad studia vel virtutes applicuit, admonere eum possumus, ut pergat. Si quis vero luxuriæ deditus noctes diesque voluptatibus indulget, magis magisque ab aliis incitatur, in malam adhibetur partem.

§. 4.

Ita CALCAR *addere Currenti*, translatione sumpta ab Equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, *calcar* addunt, significat, exstimulare languentes, qui quidem in actionibus suis pergunt, verum non alacriter, hi admonitionibus seu *Calcaribus* incitandi, ut cursum in actionibus celerius perficiant.

§. 5.

Equi CALCARIBUS incitati, loca

loca quævis ardua tentant. Unde lemma CALCARI subjunctum; *Movet & impellit.* Has ipsas vires Majorum exempla congenitas habent: juventus enim ab iisdem extimulata ad quasvis operationes accingitur. Unde *Hegesip.* lib. 2. inExcidio cap. 5. *Sicut boni Principis vita probitatis quædam præscriptio, & per universos vivendi forma est; ita Imperatoris colluvio, lex flagitiorum.* Facta enim superiorum non tam invitant, quàm cogunt subditos ad imitationem. Unde *Matthæus* publicanus ad Servatoris mensam post conversionem suam accumbens, alios complures publicanos quantocyus in vestigia sua traxit, & ejusdem mensæ venerabundos ac pœnitentes convivas est sortitus. Ad hoc propositum *D. Paschas.* l. 5. in Matth. *Unius peccatoris conversio multis exemplum præbuit pœnitentiæ.* Exemplorum

rum ratio licet minus habeat ingenii & jucunditatis: attamen ad persuadendum efficax, cum præsertim omnes facilius ducamur exemplis, quàm verbis, quibus ad incitamenta virtutis adduntur STIMULI & CALCARIA non mediocres. Quis *Ajacem* istum fulmine percussum propter *stupratam Cassandram* aspiciens à vagis non absterreatur libidinibus? Quis *Æneam* videns tergo patrem *Anchisem* senio confectum ex incendio Trojano efferentem, pietatis exemplum erga parentes non inde capiat? Quis *Lausum* in acie stantem & pro salute patris caput hostium telis objicientem, non laudet, non miretur, non illi similis esse cupiat?

§. 6

Ut plurибus testimoniis hæc, quæ diximus, probemus, prodeat

Vel-

Vellejus Patercul. in hiſtor. Rom. de Auguſto Cæſare, ubi ait: *Facere rectè cives ſuos Princeps optimus faciendo docet.* *Tilius* lib. 2. de rebus Gallic. prope finem rectè monet, inprimis neceſſarium eſſe, ut Regis domus munda honeſtaque conſervetur. Nam ſi qua virtutis monumenta in ea Rex conſtituerit, ea totum regnum proſequetur, ut è contrario præceps in vitia fertur exemplo Regiæ. Hoc non ignoravit *Martial.* qui lib. 9. epigram. rectè ad Domitianum ſcribit:

Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed Dominus mores, Cæſareanus habet.

Hoc *Claudianus* quoque reſpexiſſe videtur, cum ait in Paneg. de quart. Conſulat. Honor.

componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus

Humanos edicta valent, quam vita regentis;
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

De his plura legi possunt apud *Richter.* in axiom. Politic. pag.m. 282.283. seq.

§. 7.

CALCARIA porrò, frena & flagella, ab humana prudentia ad equorum superbiam edomandam inventa sunt; iis enim stimulis discunt hero suo obedire, & in omnes ipsius nutus flecti. Unde illa Equitum supellex in fasciculum coacta Symboli loco deserviit, hoc lemmate: HIS EQUI, ÆQUI. Innuebant videlicet, castigationibus, exemplis, consiliis ac supplicorum formidine duras & obstinatas quasvis hominum cervices emolliri & ad æquitatis leges flecti. *Themistocles*, referente *Plutarcho* in vit.

vir. ejus, dicere ſolebat: *Aſperos & indomitos pullos in optimos equos evadere, ſi quis illis adhibeat diſciplinam, rectamq; inſtitutionem.* Rabbi *Ben Syra* inter cæteras ſuas ſententias etiam hanc numerat: *Aurum indiget percuſſione, & puer verberationibus.* Veluti diceret: Sicut aurum inter malleorum impulſus ſplendorem ac ornamentum longè maximum ſortitur; ita juventutem virtutibus ac ſcientiis ſub rigidiore ferula aſſueſcere.

§. 8.

Sicuti frenum equo inter ancipites vias dirigendo; ita CALCAR eidem excitando ac propellendo deſervit. Unde CALCAR freno junctum epigraphen ſuſtinet, *Excitat & dirigit.* Geminum hoc *Prædicatoris veri* munus eſt, ut ignavos excitet, & errabundos ad directam Legis divinæ ſemitam

manuducat. Similiter addi posset: *Reprimit & impellit.* Pastor, & quidem eloquens Pastor audaces auctoritatis suæ freno reprimere & ignavos & negligentes eloquentiæ suæ CALCARI propellere debet. Imò quadrat hoc etiam ad *calamitatem à Deo immissam.* Calamitates etenim immissæ, vitiorum licentiam refrænant, & ad virtutis progressum impellunt. Similiter *pœnitens* peccator iræ divinæ formidine reprimitur & misericordiæ consequendæ fiducia incitatur. Plura quidem de CALCARIUM mystica significatione adducere potuissemus, si prolixiores esse vellemus. Ast hæc pauca sufficiant.

CAPUT XIII.

De STIMULI mystica significatione.

§. 1.

QUemadmodum CALCAR ad

ad virtutes & vitia applicari poteſt, ita & STIMULUS. Per translationem enim *Stimuli* nomine ſignificatur, quidquid nos vexando ad aliquid incitat efficiendum: Sic *ſtimulos* vocamus *carnis titillationes*; Sic *conſcientiæ vexationes*; amoris œſtrum. *Ovid.* Metam. 2. *ſtimuli* nomine appellat *flagellum*, quo auriga utitur ad concitandos equos, & *Virgil.* Georg. 3. Venereos amoris impulſus *ſtimulos* vocat, dum canit:

Sed non ulla magis vires induſtria firmat,
Quam Venerem, & cæci ſtimulos avertere amoris.

Hinc *Lucret.* lib. 4. 245. Veneri *ſtimulos* tribuit: Et *Claudianus* lib. 1. de raptu Proſerpinæ 227, 228. amoris vim deſcribens ita canit:

Sentiat ardores: Acheron Ditiſq; ſeveri

Ferrea lascivis mollescant corda sagittis.

§. 2.

Cum itaque amor, licet animæ affectus sit, adeò redundet in corpus, ut sensibiles dolores, cruciatus, angores stimulosque furiales experiantur amantes, hinc est, ut Poëta egregiè usus fuerit verbo *sentiat*, ut vim indicaret Amoris, animas non solùm, sed & corpora sensibiliter excruciantis. Sensibili autem cruciatu amantes affici satis testatur *Virgil.* in Didone Æneid. 4. dum illam amoris sauciam spiculis, cervæ assimilat, infixum à venatore telum gestantis, ossaque & medullas exsiccari ab amatoriis flammis apertè monet his verbis:

Quid delubra juvant? est mollis flamma medullis
Interea, & tacitum vivit sub pectore vulnus.

Uritur

Uritur infelix Dido, totaq; vagatur
Urbe furens, qualis conjectâ cerva sagittâ,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit.
Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum
Nescius, illa fuga sylvas, saltusq; peragrat
Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.

§. 3.

Videtis, quàm egregiè describat sensibiles amoris dolores; nam illa flamma urens medullas, combustio, vulnus, ferrum vulneri infixum &c. dolores certe sensibiles in ipsum corpus ejaculantur. Hinc lascivæ Veneris sagittæ dicuntur, quia lasciviam inducunt & hominem effæminatum ac nimis delicatum efficiunt. Sagitta autem est

genus teli, quod acu evibratur. Quare optime *Ovidius* lib. 1. Metam. canit: Cæcos *stimulos* condidit in pectore; cui calculum addit *Lucret.* lib. 3. 179. *Cæcus* aliquis *stimulus* subest cordi. Et nihil aliud significare voluerunt hi Poëtæ, quam amoris vim maximam, quæ quasi stimulo corda pungat & cruciet, ita ut doloribus maximis afficiantur libidinosi, & *calcari* impellantur, voluptates exercere.

§. 4.

Similiter nomen STIMULI in optimam interpretari quoque potest partem, quando *Statius* lib. 1. Achill. 41. canit: *dare stimulos laudum*, i. e. tam laudis cupidum esse, ut etiam sibi ipsi stimulos det ad adipiscendam eam. Cujus virtus quidem currit sua sponte, ac naturæ quodam impetu fertur ac proclivis labitur ad omnem labo-

rem;

rem; interim tamen magis magisque ſtimulo impulſus excitatur.

§. 5.

Porrò invidiæ & iræ *ſtimuli* attribuuntur; nam de invidiæ ſtimulo *Silius* lib. 7, 105. loquitur hoc modo: *Invidiæ ſtimulo mentes fodit Saturnia.* Invidia quantum vulnus infligat invidenti, omnibus notum. De ira *Livius* 2. ab urbe 253. *Hac ira indignatioque ferocem animum ad vexandum ſævo imperio exercitum ſtimulat.* Intelligimus ex his quod iræ *ſtimulus* addi poſſit, quando magis magisque in furorem evadit. Cum itaque plura reſtent, de quibus agendum, & quæ ad ſcopum pertinent noſtrum, hæc in anteceſſum monere voluimus, ut lectores benevoli *ſtimuli* myſticas ſignificationes, quarum adhuc plures in medium proferre poſſe-

mus, cognoſcant. Miſſis his ad alia nos accingimus.

CAPUT XIV.

De Senſu Adagii: Contra ſtimulum calcitrare.

§. 1.

HActenus perluſtravimus CALCARIUM & STIMULORUM myſticas ſignificationes, nunc operæ pretium eſſe duximus, in ſenſum hujus adagii paulo accuratius inquirere. Chriſtum ipſum è cœlis Hebraicè Paulum allocutum eſſe Scriptura ſacra *Act. IX.* 5. teſtatur, ubi hæc leguntur verba: *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Metaphora hæc deſumta à bobus aratoribus, qui cum ſtimulis recalcitrant, non ſtimulos, ſed ſeipſos lædunt. Adhiberi poteſt in illos, qui vel potentio-

tentioribus frustra & magno suo malo reluctantur. Illi namque damnum sentient suum.

§. 2.

Hoc proverbium profani Scriptores quoque usurpant, inter quos est *Euripides* Bacch. v. 794.

Θυμούμενος
Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν, θεῷ.

mortalis ira percitus
Contra Deum, stimulos ferirem calcibus.

Pindarus Pyth. Od. II. *Adversus Deum non oportet contendere. Jugum autem quod sumseris super cervicem, leviter prodest, at contra stimulum calcitrare, lubrica via est.* Idem Olymp. Oda X. *Contemptionem susceptam adversus potentiores deponere, difficile est.* Vel ut *Hesiodus* lib. I. v. 208.

Stultus majori quicunque resistere tentat,

Vincitur, & magno pœnas subit inde pudore.

Nicephor. Eccles. histor. lib. XII. c. 8. de Demophilo Ariano, Theodosio Imp. repugnante, πρὸς κρείσσονας ἀντιφέρεσθαι, *illos adversum, qui possent plura, veniret.* Apud *Euripidem* in Peliusi, citante *Stobæo* serm. 3. n. 28.

Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρείσσοσι σύ.

Potentiorum stimulis ne calcitres.

Et in *Æschyli* Prometheo. v. 322.

Ne membra contra stimulos extendas ferox,
Si me velis uti magistro; nam, ut vides,
Hic asper est tyrannus, haut jure imperans.

Zenob. in Proverb. πρὸς κέντρα λακτίζειν. *Ammianus Marcellin.* lib. XVIII. c. 5. *contra acumina calcitrare.* Sic apud *Terentium* Phorm. 1, 11, 27, 28.

Inscitia est, adversum stimulum calces, scil. jactare.

Paulò

Paulò aliter in Trucul. *Plauti* IV. II, 55.

Stultitia est ei te esse tristem, cujus potestas plus potest.

§. 3.

Hoc adagium de omnibus usurpari potest hominibus, qui veluti indomiti equi sine freno cursum suum prosequuntur, extra viam currunt, & facile in præcipitium ruunt. Huc collimat illa lamentatio Prophetæ Jeremiæ cap. VIII. 6. *Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens.* Necessaria illis frænum, CALCARIA, flagella, quibus hos indomitos equos intra viam tritam ambulantes continere possumus. Per equum hunc intelligitur appetitus noster sensitivus, qui suas insequitur & quærit voluptates, currit extra viam; ut igitur reducatur in viam rectam, necessaria

adversitatum CALCARIA. Similiter hoc adagium illis hominibus tribui potest, qui, reclamante conscientia, in defensione hæresen aut aliis sceleribus furenter pergunt.

CAPUT XV.

De Jure gestandi CALCARIA.

§. 1.

JUs CALCARIA gestandi olim non omnibus conveniebat, sed iis tantum, qui virtute bellica & fortitudine sibi famam peperant, & ab ipsis Imperatoribus ipsis donata erant. Hi autem vocabantur EQUITES, qui & *milites* Latinè; & apud omnes ferè gentes nomen ab *Equis* invenerunt. *Cavalieri* enim *Italis*, *Cavalleros Hispanis*, *Chevalier* Gallis, Ritter Germanis; Ritter quasi Dritter/

vid-

vid. *Joh. Georg. Bechstat.* Sunt etiam alii, qui Ritter à Græco ῥύστης, i. e. Servator, deducunt, quod virtute & fortitudine servet patriam. Belgis *Margogh*, Cambro-Britannis ab equitando dicuntur; Anglis solummodo KNIGHTES vocantur, vocabulo, quod antiqua Anglorum, uti Germanorum, lingua *Ministrum* sive servientem & juvenem promiscue significat. Hinc in Evangeliis antiquis lingua Anglica pro *Cliente* INCNÜCHT & RADENIGHTES i.e. ministri equites, apud *Bractonum* Anglum Jurisperitum antiquum legi memorat *Guilielmus Camdenus*, qui tenebant ea lege terras suas, ut Domino equis inservirent, unde truncato nomine contractius KNIGHTS iis remansisse existimat, & milites appellatos, qui prædia beneficiaria sive feuda tenuerant, ut militarent. Conf. *Laurent. Beyer-*

Beyerling. Tom. III. magni Theatri vitæ humanæ fol. m. 317. edit. Lugd. 1656. *Francis. Menen.* delic. Equest. seu militar. Ordin. edit. Col. Agrippin. 1613. pag. 1. *Selden.* de titul. honor. part. 2. pag. 115. edit. Francof.

§. 2.

De Equitibus vel Equestri ordine eorumque origine videatur *Fauchet.* tract. singul. Chevaliers Chronic. Chronicor. *Gualterii* part. 2. passim. *Discurs. Historico-Politic. Anonym.* Rostoch. 4. impress. In hunc Ordinem nemo recipiebatur, nisi is, qui utrinque nobilibus parentibus prognatus sit, & natalium indubitatum pro se habuerit jus, generisque auctores proximos altrinsecus minimum binos laudare possit, legitimæ ingenuæque prosapiæ, uti in legibus de hastiludiis per Germaniam sæpissimè legimus,

quas

quas *Franciscus Modius* Ict. in Pandect. Triumphal. edit. Francofurt. 1586. recenset. Cui calculum album adjicit celeb. *Becmann.* in Syntagm. notit. dignit. dissert. XX. part. 2. pag. m. 1442. Sint ex Parentibus Nobilibus: sanguine Avi & Aviæ paternæ & maternæ, ita ut ex quatuor lateribus sint sanguine Nobiles.

§. 3.

Nec enim Principes facile in aulas admittebant, nisi vita peræquè ac strenuitate probatos, quæ res denique dignitatis invenit nomen, ut *Equites* καθ' ἐξοχὴν strenui, gestrenge / salutarentur. Olim etiam in Germania non nisi Nobiles militabant; unde in libris feudorum *miles* sumitur pro *Vasallo* seu *Nobili.* Sic & in *Svecia* tantum Nobiles & liberi armis & equis Regi servire tenentur; vid. *leges Svec.* lib. 2. cap. 10.

10. His licebat CALCARIA gestare, uti & illis, quos virtus militaris & heroica nobilissimos fecit, sine qua nullus ad hunc honorem evehi poterat, uti pluribus demonstrat *Theodor. Hopping.* de insignium jure, edit. Norimberg. 1642. fol. m. 193.

§. 4.

Quemadmodum autem apud Romanos *Ordo Equestris* duplicis fuit generis, scil. *Plebejus* & *Patricius*. uti eruditè disserit *Lælius Bisciola* horar. subsecivar. lib. 13. cap. 12. ubi multa scitu digna de *Equitibus* congessit, qui liber in *Bibliothec. Stuttgardiana* rarus asservatur, & benevolo permissu mihi concessus, quod grato animo agnosco; ita etiam apud alios populos *Equitum* varia genera reperiuntur. Imo & *Equites singulares* apud antiquos extitisse observamus, qui militum eque-

questrium excellentem titulum habebant: siquidem *singulare* pro *excellenti* dici Latinis, patet ex *Cicer.* lib. de Orat. ubi *Antonii vim ingenii singularem & prope divinam* dixit. Et ad Attic. *singularem & incredibilem virtutem*. Et in epist. *singularem & propemodum incredibilem fidem*. Et *singularem & præstantissimam virtutem P. Lentuli*. Et *singularem & eximiam Pompeji virtutem*, in Orat. pro illo. Et *Plinius* Epist. 45. *Uxorem singularis exempli* scripsit. *Singulares* autem milites olim vocatos, vel *singularios* constat ex *Cassiodor.* lib. 2. edit. Paris. 1588. & ex libro, cui titulus, Notitia Roman. Imper. Quod pariter colligimus ex antiquis Inscriptionibus, cujusmodi una, quæ Romæ extat in *S. Joanne de Mercato*, talis:

P. ÆLIO DECIMINO
B. M. MIL. A. XVII.
EQ. SING. AUG.

Alia

Alia conſpicitur in domo *D. Caroli Aſtalli* hujusmodi:

M. ULPIO VIATORI
EQ. SING. AUG.

Tertia apud *Sanctum Marcum* in pariete Eccleſiæ:

T. HORTENSIO MVCRONI
NATIONE MARSO Q. V. A.
XXXXV. AEL. VERNVS
ARM. CVST. EQ. SING. AVG.

Et in *Hoſpitali Anglorum* altera:

M. VLPIVS EQVES SINGVLARIS AVGVSTI.

Ex quibus colligimus, *Equites ſingulares* olim non modò fuiſſe, ſed *Auguſti* ſeu *Auguſtales* vocatos, eò quod *Auguſtis* familiares eſſent, illisque aſſiſterent, vel quod in *Caſ. Auguſti* honorem eſſent inſtituti.

§. 5.

Hi *Equites* olim armis & CALCARIBVS diſtinguebantur. Alii enim

enim illorum CALCARIBUS AURATIS, alii ARGENTEIS, alii ÆNEIS, alii FERREIS utebantur, quemadmodum in sequentibus patebit. Porrò non licebat cuivis, ut sibi ipsis pro lubitu CALCARIA confici curaret, cum jus hoc Imperatoribus competeret, qui ex merito & virtute illa tribuebant illis, qui grave aliquod periculum à Republica propulsassent sustulissentque penitus. Aliis autem non permissum erat, arma portare, adeò ut *Fridericus I.* MERCATORIBUS, qui animo negotiandi iter facerent, gladios quidem permiserit, non CALCARIA, ita tamen, ne his accingerentur, sed equorum ephippio alligarent, rusticis verò & aliis omnibus prohibuerit. vid. *Oth. Frising.* lib. 2. de vit. Friderici c. 13.

§. 6.

§. 6.

Regulariter vero nemo *Eques* nascitur, sed creatur vel ab ipso Rege vel Regis exercituum Præfecto, idque aut ob bellicam virtutem aut prudentiam. Isti viri fortes & strenui ab Imperatoribus *Equites* vocabantur, nos *percussos* appellamus, geschlagene Ritter; quæ dignitas merè personalis est. *Eques* autem *percussus*, ein geschlagener Ritter est, qui blanda percussione Imperatoris *Eques* pronunciatur. Quæ formula *Equitis creandi* in Anglia, Saxonico tempore, his verbis, qui tum vixit, ostendit *Ignulphus*: *Qui militiæ legitimæ consecrandus esset, vespere præcedente apud Episcopum, Abbatem, Monachum vel Sacerdotem, contritus de peccatis confessionem faciebat, & absolutus orationibus deditus in Ecclesia pernoctabat, in crastinum rem*

sacram

sacram auditurus, gladium super altare offerebat, & post Evangelium Sacerdos benedictum gladium militis collo cum benedictione imponebat, & communicatus Sacris Christi mysteriis denuo legitimus miles permanebat.

§. 7.

Nec omninò sub Normannis inibi exolevit. Scribit enim in Polycratico *Johannes Sarisburiensis, inolevit consuetudo solennis, ut ea ipsa die, qua quisque militari cingulo decoratur, Ecclesiam solenniter adeat, gladioque super altare posito & oblato, quasi celebri professione facta, se ipsum obsequio altaris devoveat, & gladii, id est, officii sui jugum Domino spondeat famulatum.* Tunc enim ad ornamentum, præter gladium, cingulum & CALCARIA accesserant, unde Milites & Equites vocantur. Hinc intelligimus, *Equitem per-*

percussum esse, cui cingulum militare & CALCARIA donata sunt, videatur doctiss. Angl. *Johannes Seldenus* de titul. honor. pag. m. 167. Quare etiam Eques CALCARIS dicitur, qui jus CALCARIA gestandi adeptus ab Imperatore.

§. 8.

Verum mos creandi *Equites* à priscis temporibus hodie longe recessit. Olim erat præmium fortitudinis. At hodie Reges & Principes Equestris Ordinis jura promercalia faciunt, & tanquam sub hastæ auctionatu prostituunt. *Cornel. Agripp.* de van. scient. c. 8. de nobil. *Bodin.* de Republ. lib. 3. c. 8. geben noch Brieff und Siegel darüber / *Münster.* lib. 3. Cosmograph. c. 22. Ita ut revera cum *Anton. Guevarra* lib. 3. horolog. Princip. c. 31. circa fin. dici possit: *Patres gladium capulo apprehendisse, filios*

filios illum mucrone accepisse. Quia promiscue hodiè fiunt Equites, non ex nobilitate tantum, sed mercatores etiam, quibus vix gladius unquam vagina vacuus visus. Cum autem nomen *Equitis* nomen dignitatis sit, ita etiam CALCARIA signum hujus esse patet, quæ ab Imperatoribus non ornamenti, sed fortitudinis causa donata, hinc maximo dedecori sunt illi, qui quidem CALCARIA gestat, sed leporinum cor alit.

CAPUT XVI.

De CALCARIBUS Equitum auratorum & jure illorum.

§. 1.

Equites aurati igitur nuncupantur, quod Romæ olim AUREIS ANNULIS à plebe distinguerentur; sicut & nunc AU-

REIS CALCARIBUS phaleris-que utuntur. Videatur *Besold.* Thesaur. Pract. in voce Ritter/ Ritter-Orden/ zum Ritter schlagen. Ansa itaque nobis datur hoc loco paulò uberius de jure aureorum annulorum differendi, cum id operæ pretium esse ducamus. Sciendum autem est, omnes Ordines Romanorum, qui milites erant, *annulo ferreo militari* usos fuisse, verum postea Equitibus *annulos aureos* datos, quo distinguerentur à plebe. vid. *Kirchmann.* de annulis. Num vero *annulus aureus*, distinguens Ordinem Equestrem à plebe, simul & Nobilitatis insigne foret & bellicæ virtutis; an præter annulum ferreum militarem gererent Equites *annulum* etiam *aureum*, viris clarissimis non ita facile constat.

§. 2.

§. 2.

Opinamur tamen *Equites* unico aureo usos fuisse, ferrumque dimisisse; tum quod id satis aperte declarare videtur *Papinius* lib. 3. sylv. de lacr. Herc.

Atque idem in cuneo populos quum duxit equestres,
Mutavitque genus lævaque ignobile ferrum
Exuit, & celso natorum aquavit honore.

scil. *Vespasianum* innuit, qui *Suetonio* cap. 9. teste, *Ordines amplissimos & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia purgavit, supplevitque recenso Senatu & Equite: submotis indignissimis: & honestissimo quoque Italicorum ac Provincialium allecto. Atque uti notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se, quàm dignitate differre; de jurgio quodam Senatoris Equitisque*

Romani pronuntiavit &c. Quibus *Vespasianus* significare voluit, Senatorem ab Equite sola dignitate differre; tanquam non debeat Eques prior lacessere convitio jurgareque senatorem; sed si lacessitus fuerit, ut fas sit, par pari rependere, & remordere mordentem.

§. 3.

Ast ad *Statium Papinium* redeamus, cui *Vespasianus* mutavit genus *Claudii Etrusci*; nam cum ex libertina conditione ad *Equestrem dignitatem* provexit, & fecit, ut exueret *annulum ferreum*, quem servi & libertini solebant gestare; atq; *aureum* assumere, qui erat insigne equestre. Quod etiam *Adrian. Turneb.* lib. 20. Adverſ. c. 20. attestatur, cui ferreum annulum deponebant servi, aureo assumpto, cum ingenuitatis jura consequebantur, quod fiebat, cum servitute liberati, *jus annulorum*

rum aureorum ab Imperatore impetrassent: tunc enim & pro ingenuis, salvo tamen patronatus jure, habebantur, & *Equestrem dignitatem*, vel beneficium *Equestri dignitate* compar censebantur adepti; nam cum hos gestare nulli, quàm Equestris Ordinis hominibus fas olim esset; quippe qui iis pro insigni, quo à plebe distinguerentur, utebantur, ut ex *Plinio* lib. 33. c 1. docet *Budæus* ad leg. ult. ff. de Senat. merito concessa aureorum annulorum usurpatione, ipsam quoque Ordinis dignitatem Princeps concessisse videbatur. Quin & si quis annulos ab Imperatore acceperit, honorem ejus augeri Juris consultus respondit L. *fals. demon.* 33. §. *sed si cui. ff. de condit. & demonstr.* Libertinis igitur dato jure annulorum *Equestris* dignitas collata censetur. Quæ res efficit, ut in multis juris partibus donati an-

nulis Libertini pro ingenuis habeantur. *Tacitus* Equestri dignitate donare & annulis honorare, promiscuè usurpat l.18. annal. *Isidorus* lib. 19. c.32. literis tradidit, quod annulum aureum neque servus, neque libertus gestaverit, sed modo Liberi hoc usi fuerint.

§. 4.

Plebem itaque, etsi libertate gauderet, quia tamen Nobilitate carebat, non habuisse *annulum aureum* constat ex *Suetonio* in Cæsar. Dioclet. c.33. à quo concionante sibi plebs AUREI ANNULI JUS pollicebatur, ait enim: *Cæsar, trajecto exercitu, adhibitis Tribunis plebis, qui pulsi superaverant, pro concione fidem militum flens, ac veste à pectore discissa invocavit. Existimatur etiam Equestres census pollicitus singulis, quod accidit opinione falsa: nam cum in alloquendo exhortando, sæpius*

sæpius digitum lævæ manus ostentans, adfirmaret, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoq; æquo animo detracturum sibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quàm audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur, promissumque jus annulorum cum millibus quadringentis fama distulit: adeoque patet unicuique, Senatores annulum aureum gestasse, non autem plebem, quæ sibi *jus aurei annuli* pollicebatur ex ea concione, quod & *Grotius* indicat, dum inquit:

Annule testis opum, quo plebs Romana carere
Cogitur, Augustus quem sibi Clavus habet.

§. 5.

Quare non libenter audimus *Alexandrum ab Alexandro* lib.3. c.19.

genial. dier. scribentem: *Annulum aureum esse insigne, quo Equester Ordo à Senatorio discretus noscebatur*: quasi Senatores non uterentur *annulis aureis*, dum eis utebantur *Equites*; & quasi purpura latior in tunica non satis esset ad discernendos Senatores ab Equitibus, seu Equus Equites à Senatoribus; & quasi gemmatus annulus aureus non discerneret apte Senatores ab Equitibus, qui donabantur *aureo annulo solido*, i. e. sine gemma. Quum & Alexandum arguit apud *Calium Rhodigin.* *Dion* historicus, qui autor est, *nemini veterum Romanorum, gestare aureum annulum, præter Senatores ac Equites, fuisse permissum.* Si ergo Regum aliquorum statuæ aureum annulum habuere, si pariter Equites; quidni Senatores, qui medii sunt inter Equites & Reges? Unde constat, AUREOS ANNULOS Romæ primum

primum gestatos à Regibus, dein Legatis, postmodum à triumphantibus Consulibus, deinceps à toto Senatu, demum ab Equitibus dono publico.

§. 6.

Cum autem Nobilitas Romana universa duplici contineretur ordine supra plebem, SENATORIO & EQUESTRI; uterque aureos annulos gestabat, uti *Licetus* variis testimoniis & *Kirchmannus* probarunt. Ab hoc *jure annulorum aureorum*, jus AUREA CALCARIA gestandi originem traxisse, probant viri docti. Hæc enim solis *Equitibus auratis* concessa; aliis autem nunquam permissum, *arma*, *gladium* & CALCARIA auro ornata gestare. Hoc conspicimus & intelligimus ex imagine *Serenissimi ac Celsissimi Ducis* Würtenbergensis *EBERHARDI BARBATI*,

cujus *ensis* & CALCARIA aurata visui exhibentur. Hinc meritò disquiritur, cur hujus Ducis piæ memoriæ CALCARIA AURATA, Cæterorum Celsissimorum Ducum argentea vel ferrea conspiciantur? Verum facilis est responsio; Erat enim unus ex Equitibus auratis, quorum arma & CALCARIA per aurum dignoscebantur.

§. 7.

Dicuntur *Equites aurati*, quod aurum in lorica, CALCARIBUS & gladio ferre possint. Elegantes *Lazius* lib. IV. cap. 12. pag. 491. *Com.* R. R. *Besold.* lit. R. voce Ritter. *Casp. Lerch* ab & in Dirnstein/ ita ut reliquis Nobilibus, qui neque Equites neque Doctores, *aurum & margaritas*, vulgo Perlen/ in publico deferre non sit permissum; Reichs Abschied de anno 1500. tit. von Uberflüssigkeit der Klei-

der

der. Dn. *Wilhelm Anton.* de rescript. morat. concl. 67. n. 31. Germanicè Ritter/ Equites sive Milites communi omnium nomine dicti quasi Dritter. Nam quem *Equitem Auratum* Latine vocamus, olim ein Dritter dixerunt, ob duos adjunctos Equites ex vetusto more, de quo pluribus *Pausanias*, & adhuc hodiè Francis & Saxonibus solenni & consueto post *Johan. Oldendorp.* tr. de Except. tit. de jure singul. *Besold.* fol. m. 829. Sed rejicit *Caspar Lerch.* part. 1. Reichs-Ritterlichen Adels Herkommen/ pag. 13. fac. 2. vel quod olim cum aspiratione Reither/ scribebatur: quia tales Herren & Ritter/ sive Reitender Herren/ vocabantur, quibus concessum erat gestare AUREA vel AURATA CALCARIA, & aliàs aurum atque gemmas post *Widemann: Crus.* lib. Paralip. Suev. Annal. c. 22. *Caspar Lerch.*

l.c. Et ut Equitem ab equitando dicimus, quod Germani Reiten & Riden/ vocant; sic Ritter/ Ridder & Redder/ iisdem appellatur. *Cluv.* lib. 1. Germ. Antiq. cap. 44. p. 296. His calculum adjicit Doct. *Johannes Selden.* in lib. de titul. honor. pag. m. 182. part. 2. c. 1. edit. Francof. ubi ex *Dan. Lingat* hæc adducit:

Eques ab equo is said of verg right
And Chevalier is said of Chevalrie
In vvhich a Rider calledis a Knight
Arragoners done also specifie
Caballiero through all that partie
Is name of Worship & so took his ginning
Of Spores of Gold and chiefly Riding.

§. 8.

Ordinarie quidem etiam cæteri

Equites

Equites pro insignibus ENSEM & CALCARIA habent. Nam certum est, quod is, qui Eques, *ense* & *Calcaribus* cingendus sit, *arg. l. filiusf.* 43. *D. de test. milit.* sicuti hisce duobus insignibus Pontifex, quando *Borsium* Ducem *Ferrariæ* Equitem S. Petri crearet, usus est. At discrimen tamen inter ipsos & EQUITES AURATOS faciendum peculiare insigne est CALCAR AUREUM, quod in locum *annulorum aureorum*, uti diximus, successit; quamvis & *ense* ubivis locorum cingendi veniant, hi tamen Equites, ut plurimum nullis omninò aut Majorum imaginibus aut factis, sed propria tantùm virtute clari erant. CALCARIS vero AUREI cingendi morem ab eo, qui olim fuit cinguli, universo tamen ordine defluxisse creditur.

§. 9.

Intelligimus ex his, quod CALCARIA AUREA peculiare ornamentum Equitum auratorum fuerint. Hæc ipsis accingebantur in eorum creatione. Vide Anglum doctiss. *Johann. Selden.* de titul. Honor. pag. m. 168. part. 2. edit. Francof. Unde privilegium præ Nobilibus habebant aliquod teste *Johann. Jacob. Speidel.* in notabil. Jurid. histor. politicis Lit. R. pag. m. 792. edit. Argent. 1634. qui ita differit: *Habent quidem Equites omnia Nobilium privilegia; at Nobilibus non æque illa, quæ Equitibus concessa. Unde licet Nobiles non possint portare* Kettin/die über zwey hundert Gulden werth seynd/ *& adstricti sint*, auch die ihnen gebühren zu tragen mit einem Schnürlein zu bewenden oder durchzuziehen; *Equites tamen*

men, können Kettin tragen/ so 400. Gulden/ aber nicht drüber werth seyn/ *& quidem* öffentlich und ohne scheu/ *secundum Reform.* guter Policey de Anno 1530. & A. 1548. tit. vom Adel.

§. 10.

Præterea *Equites* etiam, quoad ornamenta Equorum præ Nobilibus cæteris prærogativam habent, d. *reform. tit.* vom Pferdt-Zeug. Ut & CALCARIA si spectes, cum EQUITES AURATI dicantur, deaurata soli olim portare poterant. *On tient, qu'il a estoit loisible, qu'aux Chevaliers de porter ESPERONS D'OREZ, possible pour marque de leur dignité. Mais aujourdhui ils' sont aussi communs à tous ceux, qui en pouvent achepter, que la soye a toutes sortes de gens & jusques au Villagois*, ut scribit *Claude Fauchet de l'origine Chevaliers* cap. 1. pag. 14.

Hi

Hi *Monozoni* Juris consultis Græca origine, historicis verò *Cinctì* nuncupati, hodie EQUITES AURATI, quod aurum in CALCARIBUS scil. & gladio gestare possint, appellantur. vid. *Francisc. Mennenii* delic. Equestr. seu milit. Ordin. pag. m. 5. edit. Colon. Agrip. 1613. Hæc etiam gestabant *Militiæ Duces*; cum enim armis accingerentur, ipsorum pedibus aptabantur. *Johannes* Monachus Majoris Monasterii de *Gaufridi* Ducis Normanniæ militia agens: CALCARIBUS AUREIS *pedes ejus adstricti sunt.* Histor. Caroli VI. de *Ludovici II.* Regis Siciliæ & *Caroli* fratris militiis: *Eos accingit baltheo militari, & per Dominum de Chauvigniaco* CALCARIBUS DEAURATIS *jussit Rex Carolus insigniri. Raimundus Montanierus* in histor. Arragon. c. 240. *Le Comte bataylla arengada ab* 200. *Cavallers Francesos,*

ſos, tots ab ESPERONS D'OR e molt d'altres del pays. Et hæc ſufficiant de Calcaribus Equitum auratorum.

CAPUT XVII.

De CALCARIBUS Equitum dictorum ab aureis Calcaribus, Rittern von güldenen Sporn.

§. 1.

NOn ſolùm *Equites aurati* CALCARIA AURATA geſtabant, ſed etiam AURITORES Ritter des güldenen Sporns / qui tamen diſtincti erant ab *Equitibus auratis*, qui peculiari nomine Ritter des güldenen Sporns / vocabantur, & his ad ornamentum præter gladium & cingulum CALCARIA AUREA etiam acceſſerunt. vid. *Megiſer.* part. 2. von aller Ritter Orden c. 20. Hic ordo in Hiſpania magni æſtimatur.

Trium

Trium enim generum sunt *Cavalleros* Hispaniæ. Primo enim habent CAVALLEROS DE ESPUELA D'ORADA *Equites aurati Calcaris*; secundo *Cavalleros armados*. Tertiò *Cavalleros de Alarde e de premio de guerra*. Videatur *Selden*. lib. de tit. honor. part. 2. c. 4. pag. m. 313. edit. Francof.

§. 2.

Circa Equites AUREI CALCARIS ex antiquis & recentioribus consuetudinibus observari meretur, quibus iste conferatur titulus, quis conferat; forma receptionis, & ad quæ *Cavallero* sic creatus obligetur. &c. Personæ hanc dignitatem Equestrem adipiscentes sunt juxta *Partidas* solummodo *Hydalgos* seu nobiles ortu & quidem ex tribus generationibus ad minimum *l. 2. tit. 21. Partid. 2.* Nunc autem vel una generatio sufficit; imò nec ulla requiritur, si *Hydalguia*

vel

vel Nobilitas per diploma fuit concessa illi, qui creandus est. Honor autem eorum tantus fuit, ut non solùm Regum filii, verum etiam ipsi Reges adstricti fuerint ante coronationem eundem suscipere.

§. 3.

A summis ergo Principibus collatus est. Historia tamen refert, quod Legatus *Johannis* Arragoniæ Regis, nomine Domini sui creaverit filium *Sultani* in Cairo Equitem talem per ceremonias Christianas. *Ferdinandus* etiam filius *Johannis* primi Regis Arragoniæ creatus est Eques talis, cum coronaretur *Saragusæ* à Duce Candiæ. In *Patridas* l. 11. tit. 21. part. 2. specialis lex legitur de illis, qui potuerunt hanc donare dignitatem vel non. *Nemo potest donare*, inquit lex, *qui eandem non adeptus erat*. Nulla ergò fæmina,

mina, licet esset Regina vel Imperatrix, potuit conferre manu sua, verum per delegationem.

§. 4.

Formæ seu ceremoniæ conferendæ dignitatis antiquæ fuerunt hæ. Tempore post- meridiano diei, quo largienda erat dignitas, ESCUDERO, HYDALGO vel Nobilis eam accepturus in balneo lavandus erat, assistentibus aliis ESCUDEROS, qui lavârunt caput ejus, atque posthac in molle & elegans reposuerunt lectum. Deinde ab Equitibus quibusdam pretiosis indutus vestibus deductusque in Ecclesiam, ubi in vigiliis mansit. Post affirmationem porrò, an velit observare Equestris Ordinis leges, quo etiam asserto, ipse vel per aliquem ex Equitibus suis CALCARIA ipsi applicat, & ita Eques vom güldenen Sporn declaratur. CA-

CAPUT XVIII.

De CALCARIBUS AURATIS aliorum Equitum.

§. 1.

SUnt etiam alii *Equites*, quibus CALCARIA AUREA gestare concessum, de quibus in specie agendum; Verum cum materia nimis prolixa esset, summatim de his aliquid literis tradere, nobiscum constituimus. Inter hos referimus *Equites Augustales*, qui exemplo Romanorum, apud quos milites *Cornicularios*, *Monozonos*, *Rudiarios* & *Comeatales* passim appellantur. *Equitum* item *Augustalium* mentionem facit *Dion* in Neronis vita, qui testatum reliquit, *Neronem* quinque millia militum instituisse, quos *Augustales* nominaverit. Similiter *Equitum Augustanorum* Ordinem à *Tiberio* Cæsare insti-

institutum ex *Ælio Lampridio* in Alex Sever. cognoscimus, quod non aliunde, quàm ab ornamentorum insignibus, quibus ob emeritam militiam decorati fuerant, originem traxit. *Lamprid.* OSTENSIONALES vocat in Annot. *Egnat.* qui ad ostentationem tantum instructi habentur in Urbe.

§. 2.

Eandem sententiam secutus est *Cælius Rhodigin.* lib.21. cap.31. inquiens: *Ostensionales milites apud Lampridium videntur dici, qui ostentui modo habentur in urbibus, non bellicæ rei causa.* Horum tamen clarissimorum virorum opinio minus forte placere posset: nam non per T. sed per S. scriptam legimus vocem hanc. Quare potius derivatam putamus ab *Ostendo*, à qua *ostensum* & *ostensionalis*, unde forte Alex. habuit milites *ostensionales* dictos

dictos ab Excellentia, eò quod strenui semper faciem hostibus ostenderent; nam *ostendo* dictum ab *os* & *tendo*, os verò pro facie sumitur, quæ & pro toto corpore, ut *Donatus* interpretatus est in illud *Terentianum* in Eunuch. *O faciem pulcram.* Ita *Nero* habuit *Augustanos* seu *Augustales* consimiles milites nuncupatos, quorum in hæc verba meminit *Tacitus* lib. XIV. Annal. Neronis gesta scribens: *Tumq; primi conscripti sunt Equites Romani cognomento Augustanorum ætate & robore conspicui, & pars ingenio procaces, alii in spe potentiæ.* Habuit & tales *Claudius Secundus*, qui post *Galienum Valeriani* filium imperavit, ex *Trebellio Pollione* in illius vita, quos *Dacisianos* appellavit.

§. 3.

Aliter etiam interpretari possumus hunc *Lampridii* textum, nempe

Milites

Milites oſtenſionales fuiſſe honorarios milites, quales Equites ſummus Pontifex, Imperator aliique Principes privilegio tales efficiunt, quamvis togati aliqui ſint & inermes, & bello exercendo minus apti, *oſtenſionales* potius dicendi, Hos, inquit *Alex.* non pretioſis, ſed ſpecioſis clariſque veſtibus ornabat. Quo pertinet illud *Vegetii* lib. 2. de re militari: *Primi generis Commentarienſes & Clavicularii dicebantur: ſecundi generis Corniculari, qui emeriti milites erant, armillis corniculiſq; virtutis ergò donati. Torquati* ſimiliter & *duplicati* quidam. Vid. *Laurent. Beyerl.* in theatr. vit. human. fol. m. 317. *Franciſc. Mennen.* delic. Ordin. Equeſtr. & militar. pag. m. 3. *Theodor. Höpping.* de jure inſign. cap 2. membr. 2 fol. 102. His etiam CALCARIA AUREA geſtare permiſſum.

§. 4.

§. 4.

Pari modo Ordo *Equitum Hierosolymitanorum* & *Melitensium* vulgò Maltheser Ritter/ privilegio gaudet AUREA CALCARIA gestare, quorum ceremonias in inauguratione illorum describit *Francis. Mennen.* in delic. Ordin. Equest. pag. m. 72. edit. Colon. *Cingitur baltheo, ut sciat sibi castitatem esse servandam. Evaginato ense ter percutitur in humero, ut meminerit sibi gravia ob Christi honorem esse toleranda. Eundem mox ipse ensem de manu Equitis capiens ac stringens terque aërem punctim feriens, hostes Catholicæ fidei in nomine S. S. Trinitatis iis gestibus se provocare ostendit. Rursus detersum brachio ensem imponens in vaginam, indicat se fore posthac ab omnibus vitiis mundissimum, quem prudentia in cunctis rebus comitetur - - - ubi AURATA CALCANEIS CALCARIA à*

duobus Equitibus admoventur, docetur, ut stimulos continenter ad quilibet laudabilia gerat in animo, aurum pedibus conculcet tanquam lutum, nec unquam agat quicquum animo indignum liberali quantocunque ab hostibus auro ad id invitaretur. vid. *Laurent. Beyerling* Theatr. Magn. vitæ human. fol. m. 328. ubi fuse edit. Lugd. 1656.

§. 5.

Ita etiam *Equites Hierosolymitani* his ceremoniis creantur. Si quis *Eques* creatur, *Guardianus* post benedictionem ensis his verbis alloquitur creandum: *Et tu N. esto fidelis, strenuus, bonus & robustus miles Domini nostri Jesu Christi & sanctissimi ejus sepulchri, qui te cum electis suis in gloria sua collocare dignetur. Amen.* Hoc finito *Guardianus* porrigit militi CALCARIA INAURATA, quæ pedibus suis ac-

accommodabit in terra existens. Plura apud *Laurent. Beyerling* fol. m. 324. edit. Lugd. 1656. Porrò *Equites balnei* in *Anglia*, qui juramento præstito, quod scil. Deum ante omnia colere, Ecclesiam defendere, Regem honorare, ejus jura propugnare, viduas, virgines, orphanos, tueri, injuriam propulsare velint, in cubile iterum deducuntur, ubi Eremiticas vestes exuti, clamydem holosericam rutilo Martis fulgore relucentem & galerum candidum, candidis plumis super pileum lineum induunt, chirothecas candido funiculo chlamydis colligant. Equos sella & ephippiis scorteis nigris albo interstinctis & cruce fronti præfixa, instructos, conscendunt. Ante singulos suus assecla Eques gestat gladium capulo inaurato, ad quem dependent AUREA CALCARIA, utrinque armigeri obequi-

tant. vid. *Mennen.* delic. Ord. Equest. pag. m. 128.

§. 6

Denique etiam hoc loco aliquid dicendum de CALCARI AVREO, quo Pontifex *Borsium* Ferrariæ Ducem cinxit & donavit & *Equitem S. Petri* creavit, de quo ex *Pigna* lib. 8. histor. fol. 773. refert *Pacian.* lib. 2. de probat. cap. 42. n. 33. & *Matth. Steph.* lib. 2. de jurisd. part. 1. c. 6. m. 2. n. 17. Totam historiam nobis recenset *Franciscus Modius* in Pandect. Triumphal. tom. 1. lib. 4. fol. m. 161. & 162. edit. Francof. 1586. his verbis: *Pontificis Pontificali ornatu amicti, atque ita ad templum Divi Petri incedentis, rei divinæ celebrandæ gratia, Borsus à tergo extremas laciniias, longas alioqui & per solum raptandas, leviter attollebat gestabatque. Finitis autem tertiis, deducitur idem Bor-*

Borsus medius inter Archi-Episcopos Mediolanensem & Cretensem & sistitur ante Pontificem, qui eum initiavit Ordini Equestri S. Petri, oblato ei nudo gladio, quô uteretur ad defensionem sui sanctæque matris Ecclesiæ & extirpationem omnium prophanorum & à religione nostra alienorum, atque hoc eum mox cinxit jam condito vagina Thomasus, Princeps Peloponesi, Moream vocant nunc, nuper ex regno profugus, CALCARIA ei induit Neapolio ex Ursinorum familia. &c. Ex his sane constat, Pontificem in inauguratione Borsii CALCARIBUS AUREIS usum. Vid. *Hopping.* de jure insig. c. 2. memb. 3. fol. m. 105. edit. Norimberg. Mittimus nunc *Calcaria aurea*, & ad *argentea* nos conferimus.

CAPUT XIX.

De CALCARIBUS ARGENTEIS & eorum jure.

§. 1.

HactenusVidimus CALCARIA AUREA, eorumque jura & privilegia, nunc ad ARGENTEA progredimur. Hæc communia erant ARMIGERIS, seu SCUTIFERIS hominibus ad arma, Gothis Schildpor/ à scuto ferendo. Hi olim Romanis *Scutarii* dicti, qui vel à clypeis gentilitiis, quos in Nobilitatis insignia gestant, vel quia Principibus & majoribus illis Nobilibus ab armis erant, nomen traxerunt. Hinc *Scutarii* erant, qui gerebant scutum Domini, quos *Plautus Scutigerulos* vocat; vid. *Marsell. Donat.* dilucidat. in Sveton. cap.56. pag. m. 455. Alias dicebantur

cur Schild-Knaben / oder Waffners / quorum etiam mentio fit in sacra scriptura, 1. *Samuel.* XVII. 41. & 1. *Sam.* XIV. 1. Olim apud Romanos *Armiger* militi inserviebat, qui galeam clypeumque gestabat. vid. *Höpping* de jure insign. cap. VI. n. 1464. Probe quoque notanda est differentia, quæ antiquitus in Westphalia observabatur inter nobiles, ut ex antiquis instrumentis apparet hoc modo: wir Johann von F. Ritter / und Henrich der Knabe bekennen hiermit &c. Qui enim re ipsa dignitatem *Equitis Aurati* legitimè adeptus erat, der zum Ritter geschlagen ware / vocabatur eo nomine Ritter. Qui vero *armipotens* erat, quem nos Rittermässig nominamus, vocabatur *Armiger*, ein Wappner / *Escuyer*, Edelknecht / Juniores verò die junge Gesellen / nominati sunt Knaben / à Græco νήπιος puer, addito k fit

κυνήγιος. *Nolden.* de Stat. Nobil. c. 6. *Reinec.* in histor. Orient. tom. 1. tit. 34. & 35.

§. 2.

Si profanos evolvimus scriptores, *Armigerorum* nomen constat fuisse receptum. *Virgil.* lib. 9. Æneid. ita canit:

- - - - forma cum vertitur oris
Antiquum in Butem, hic Dardanio Anchisæ
Armiger ante fuit.

Apud *Plautum* in Casina, ubi *Armiger* idem cum *Scutigerulo*: Scutum enim *arma* peculiariter appellasse Latinos, Eruditis observatum. Hinc & *Anastasius* in Martino Pontifice Rom. *Armigeri* & *Spatharii* voces promiscue usurpat: & *Armigeri* in aula CP. dicti sunt *Scholarii*, qui pro Palatio excubabant, eò quod instructi essent scuto, inprimis vero illi, qui Principum ensem & scutum deferebant, quibus ii uterentur,

tur, si necessitas ingrueret; unde in Glossis ὁπλοπάροχος est *Insignarius*, *Armiger*.

§. 3.

Quemadmodum autem olim *Scholæ* civilis significatio existit, ita & alia militaris & Palatina seu aulica reperitur, corpora seu Ordines officialium seu militum significans, h. e. eorum, qui munere & officio aliquo, quod ad Principis ministerium pertineret, fungebantur. Harum undecim *Iust. in l. ult. C. de loca.* enumerat, cum notitia tantum decem describat. Omnes autem sub Magistri officiorum imperio fuisse constat ex *l. 1. & pass. C. de offic.* Sunt autem hæc *Scutariorum* 1. 2. & 3. Agentium in rebus, Armaturarum Seniorum, Armaturarum juniorum, Gentilitium Seniorũ, Gentilitium juniorum, Scutariorũ, Sagittariorum, Scutariorum Clibanariorum & Fabricensium undecim.

§. 4.

Observamus etiam Scholam Equitum & peditum *l. 5. C. de advoc. diverſ. jud.* Sed ad rem propius accedentes; Qui *Scutarii* eſſent (ex quibus tres conſtitutæ erant Scholæ) non facile eſt decernere, cum in hac re ſcriptores ſobrii admodum fuerint. *Scutarii* qui ſint, aperuiſſe videtur *Firmicus*: *Mercurius*, inquit, *cum Venere in horoſcopo pariliter conſtitutus in diurna genitura Scutarios faciet, vel Imperatorum protectores, vel qui proprio excubitu ſalutem Principis ſervent.* Milites certe fuiſſe ſcutarios, ex jam dictis colligimus, tum etiam quod *ſcuto* munirentur, à quo *ſcutarii* dicti, quemadmodum & à *ſcuto*, qui *ſcuta* faciunt, *ſcutarios* dicit *Plautus* in Epi. Et *Veget.* lib. 2. *Scutarias fabricas* in Romana militia habitas tradit. Non ſolùm autem ex his

co-

cognoscimus, *Scutarios* fuisse milites, sed & equestris militiæ; nam Romani clypeos peditibus, scuta equitib⁹ dedere, testimonio *servii*, enarrantis eum *Virgil.* 9. Æneid. locum: *Trecentum scutati omnes Volscente Magistro.*

§. 5.

Cum vero *Armigeri* sint varii generis, ii primarii censentur, qui pro Principis corpore sunt selecti. Hinc & *Armiger* in Aula Constantinopolitana, uti visum, qualis describitur à *Corippo Narsos* lib. 3.

Armiger interea Domini vestigia lustrans
Eminet excelsus super omnia vertice Narses
Agmina.

Et lib. 4. ensem Regium detulisse indicat:

Nec non ensipotens membrorum robore constans
Adstabat Narses.

In eadem aula puer ephebus, qui *Sultani* gerit arcum ac sagittas, *Scutarius* seu *Armiger* nominatur. A qua ratione *Lampridius*, *Commodo* imperante, tres Præfectos Prætorio fuisse, inter quos *Libertinum*, qui à *pugione* appellatus sit. Fuit ergò apud Cæsares minister, qui arma custodit.

§. 6.

Cujusmodi *Armigeris* affines fuêre *Cacula* & *Calones*, ita dicti, auctore *Festo*, quod fustibus clavisque ligneis armari solerent, ad tutelam Dominorum. De his longa serie legendus *Martini* in Lexico suo Etymologico, qui ex *Vegetio* aliisque pluribus verbis egit *fol. m.* 278. Fuit autem *Armigerorum* summa olim æstimatio, ut qui primas tenerent in Regum aulis & nonnunquam ad ipsum Regalem apicem eveherentur, uti de *Thiodo*

tutore

tutore *Amalarici* constitutó, & de *Witige* in *Theodati* Regis locum suffecto, legimus apud *Jornandem* de rebus Geticis. capp. 58. & 60. atque ii perpetuo Principis lateri hærebant. *Sidon.* lib. 2. ep. 2. *circumsistit sellam Comes Armiger.* Ita effinguntur *Lotharii* Imperat. *Armigeri.* Vid. *Carol. du Fresne* Glossar. fol. m. 332. edit. Francof. qui fuse de his agit. Posterioribus autem seculis *Armigeri* potissimum appellati sunt Nobiles inferioris Ordinis, quod in bellis militum seu Equitum arma gererent, quo illis in præliis uterentur. Nam cum graviora militum arma essent, habebant illi *Armigeros* suos, qui ea deferebant, donec haberent opus. Præsertim autem *scuta* militum deferebant & hastas, unde *Scutarii* & *Scutigeri*, Gall. *Escuiers* appellabantur, vid. *Spelman.* Illi autem vel *militares* vel *civiles*

erant. *Militaris* ergò *armiger* nuncupatus est (1) qui Domini sui arma bajulat, ipsisque eum cingit: Ita *Armigeri* Abimelec, Saul, Jonathæ in Sacris; Hectoris, Achillis, Diomedis apud Poëtas mentio fit. Talem à *Longobardis* SCILPOR dici indicat *Paul. Diacon.* Longob. l. 6. c. 15. Anglo-Saxonibus verò Schild-Knabe/ vel *Schild-Knight*, nuncupatus est. (2) Qui inter arma Domini sui latus stipat & tuetur. (3) Vir nobilis, qui arma militaria tractat, sed Equestrem dignitatem nondum est assecutus. vid. *Carol. du Fresne* Glossar. fol. 335.

§. 7.

Et forsan hi sunt, qui *scuta argentea*, quæ vocantur alba, habuerunt. Referunt *Ælian.* lib. 9. *Q. Curt.* lib. 4. *Justin.* lib. 12. quosdam habuisse milites *argenteis scutis* armatos

matos *Liv.* lib.27. & 37. ubi loquitur de Antiochi militibus adversus Romanos. De iisdem & *Paulus Orosius* lib.3. c.21. Idem *Livius* lib. 34. *argenteorum clypeorum* meminit. Horum *Scutiferorum* olim etiam CALCARIA ARGENTEA fuisse, *Regestum homagiorum* Nobilium Aquitaniæ an. 1273. ex Camera comput. Paris. *Etsi aliquis eorum non esset miles, debet servire Domino Regi cum caligis albis de scarleto &* CALCARIBUS ARGENTATIS. *Chron. Franc.* ex Bibl. Memmiana, quod citat *Carol. du Fresne* in Glossar. edit. Francof. fol.679. sequentibus: *Nous avons trouvé la bataille contre le plus vaillant escuier, qui onques en son temps chaussa esperons blancs.* Ex his allatis constat, *Armigeris* his ARGENTEA CALCARIA gestare licuisse, quia hæc ipsis dabantur à Rege, uti ostendit *Francisc. Mennen.*

in

in delic. Ordin. Equeſtr. ſive militar. Rex enim cum titulo Inſignia donat, aut *Armigeros* creat, collum torque S. S. vel Sigmatico argenteo & candidis & ARGENTATIS CALCARIBUS exornat; unde hodie in Occidentalibus vocantur WITHES PURRES ad diſcrimen militum ſeu Equitum *auratorum*, qui AUREIS CALCARIBUS uti ſolent. Et hæc de argenteis Calcaribus.

CAPUT XX.

De æneis & ferreis CALCARIBUS eorumque jure.

§. 1.

IN Torneamentes publicis olim in Germania uſitatis *ænea* vel *ferrea* CALCARIA adhibebantur, uti CALCARIA in *Cimeliarchio Stuttgardiano* aſſervata teſtimoniis

moniis probant. Cum itaque torneamenta eum in finem instituerentur, ut Nobiles se in re militari exercerent, ut alacri animo hosti obviam ire possent, & viros fortes se præstarent, necesse fuit, ut equos bene instructos haberent. Jam autem nullum melius medium reperiri potuit, quàm CALCARIA, quibus ad cursum Equos incitabant, quæ non ex auro & argento, sed ære vel ferro erant facta, quia hoc metallum continuo usu non ita facile corrumpitur & teritur. Et his utebantur olim in torneamentis.

§. 2.

Huc referendi sunt apud Hispanos *Equites de guerra*, qui tenentur alere equos & arma parare in Regis ministerium. De quibus *Seldenus* de tit. honor. part. 2. Quare in inauguratione illorum nullum

nullum epitheton additur, sed absolute CALCAR nominatur, quo cinguntur. Horum usus hodierno die in bello tam Ducibus, quàm aliis Equitibus frequentissimus. Nullum enim Equitem jam conspicimus, cujus ocreæ non CALCARIBUS sint cinctæ permissu Regis vel Principis, cui in bello servitia præstant.

§. 3.

Non igitur putandum, acsi deinceps extra bellum cuivis Jus CALCARIA gestandi, competat, quippe finito bello gregario Equiti non licet, sed solis Equitibus Nobilibus. Ita olim servis non conveniebat, uti hodienum; nec militibus concessum certo tempore arma portare. Nam non dubitamus asserere, arma fuisse dehonestata, si præter necessitatem in urbe essent gestata apud Athenienses.

Hinc

Hinc *Lucianus* refert in Anacharside: SI QUIS INTRA URBEM, NULLA NECESSITATE COGENTE σιδηροφόρη FERRUM GESTARIT, ARMISQUE INSTRUCTUS IN PUBLICUM PRODIERIT, MULCTATUM FUISSE. Ita apud Romanos tempore tantum expeditionis militibus jus ferendi gladii & arma datum fuisse. Quare *lege Julia* de vi publica prohibitum, habere milites servos, scil. armatos, in urbe aut ruri, veluti Bucellarios, Isauros *l. fin. ad leg. Jul. de vi publ.* C. Arcadius item & Honorius *l. nemo* 13. *de re milit. l.* 12. *Cod. tit.* 36. quinque librarum auri mulcta eos jubent puniri, qui in obsequio privato milites habuerint, & ipsos milites militia exutos plectunt. Verba legis ita sonant: *Nemo miles ex his, qui præsentes divino obsequio nostræ clementiæ deputati*

tati sunt, & qui in hac alma urbe præsente comitatu concessi sunt, quive de aliis numeris vel legionibus sunt, vel sibi vacet, vel aliena obsequia sine nutu Principali peragere audeat. Qui autem in hujusmodi facinore fuerint convicti, militia exuti, pœnas consentaneas luere compellantur. Hi verò, qui in privato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinq; libris auri mulctæ nomine feriantur.

§. 4.

Si itaque arma portare ab illis, qui in obsequio alieno sunt ab Imperatoribus prohibitum; Sane graviter Nobiles nostri temporis quin imò gravissime peccant in legem hanc sanctissime prolatam, qui propria autoritate servis suis quævis armorum genera gestare concedunt; ita ut etiam CALCARIBUS ipsos exornent. Nobilis enim, cui ab Imperatore jus CAL-

CARIA

CARIA geſtandi permiſſum ut ſpeciale privilegium, ſervo hoc concedere ſine læſione Imperatoris non poteſt, quia hoc jus ſoli Imperatori, Regi & Principi competit, non obſtante, quod tantum ſint CALCARIA *ferrea*, quæ noſtro ævo ſint frequentiſſima.

CAPUT XXI.

De Abuſu CALCARIUM.

§. 1.

CUm itaque CALCARIA ſignum ſint collatæ dignitatis à ſuperiori ob fortitudinem & virtutes bellicas; meritò quæritur de perſonis, quibus hoc jus conveniat, & quibus incongruum ſit? CALCARIA ab Imperatoribus fuiſſe donata, ex præcedentibus patet. Non negandum, quod Nobiles hoc jus ſibi tribuant; Verum

rum magna limitatio hic adhibenda, si scilicet magna & heroica facinora peregerunt. Nam si nullus Eques generatur, sed à superiori creatur; Ita jus CALCARIA gerendi, non dependet de sanguine Majorum, qui hoc jus magnis virtutibus ab Imperatoribus acquisiverunt, sed de virtute propria, qua Imperator motus illum in Equitem creare & jus *calcaria* gestandi donare, quod cum ordine Equitum ita connexum, ut absque his Equites non vocentur. Ita libenter illis hoc concedimus, qui virtute & fortitudine bellica alios longe superant, & nominis haut immemores vestigia Majorum alacriter premunt. Non autem iis, qui otio indulgent, & nil nisi Græcanico more bibere, blasphemare, scortari didicerunt, quæ vitia in articulis Equitum creandorum severe prohibita leguntur. Quicunque nunc contra

leges

leges has peccant, illi meritò ab Ordine Equestri excluduntur; qui autem exclusi sunt, jure gestandi CALCARIA abutuntur, si his cincti incedunt.

§. 2.

Turpe enim olim erat juvenibus initiatis, scil. cum Equites creati essent, domi residere, & melioris ætatis robur otio inhonesto deterere; Unde *Gastus* vetus Poëta: **Was soll ein junger Ritter/ der nicht Ritterschafft begehret.** Peregre propterea profecti omnia Christianorum regna obibant, Regibus ac Principibus ab hoste laborantibus præstituri suppetias contra infidos; vid. *Goldast.* in Paræmetic. vet. fol. 402. Omnem hinc movebant lapidem collatum hoc jus & honorem armis tueri, & juramentum præstitum re ipsa implere. Hoc autem inprimis Equiti incumbit ex *Glossa juris Saxonici* lib. 1. art. 20. in prin-

princip. Ein Ritter soll schweren den Eyd/ daß er den Tod nicht fürchten wolle/ zu beschirmen Wittiben und Wäysen/ und da es sich zubeschirmen gebühret. Ex his facile colligitur, quod illi, qui juramentum violant, indigni Equitum honoribus habeantur.

§. 3.

Non etiam existimandum, hoc jus ab Imperatoribus Majoribus datum, jure sanguinis, ut ORNAMENTUM, ad posteros translatum esse, ut cognoscantur præ aliis, quod Nobiles sint; cum plane aliæ impellentes causæ fuerint, ob quas Imperatores Equitibus vel Nobilibus CALCARIA donarint. Hinc iterum abusus CALCARIUM in eo consistit, si ornatus tantum causa & non in eum finem gestentur, ad quem ab Imperatoribus sunt data. Nunc autem CALCARIA ab Imperatoribus

ribus accinguntur, ut dignitatem hanc maximi æstiment & fortiores in bello se præbeant, eorum impulsu in hostes ruant, nec permittant, ut ignavia deturpent. Quam ob causam etiam *Ludi Equestres* instituebantur, ut discerent adversus hostes fortiter pugnare. Cum enim *Henricus Auceps* vidisset, multos fuisse, qui in re bellica parum exercitati; hinc ludos equestres ordinavit, & hos tantum dignos CALCARIBUS judicavit, qui viros se præstarent, uti de hac materia *Pandectæ Triumphal.* Tom. 2. de hastiludiis German.

§. 4.

His ergò præsuppositis, quis affirmabit, quod hoc jus etiam inutilibus terræ ponderibus conveniat, i. e. nauci hominibus, qui quidem CALCARIBUS cincti,

nullum tamen laudabile facinus efficiunt, quod tamen ab illis requiritur. Nam olim Nobiles tantum militabant, unde in libris feudorum *Miles* sumitur pro *Vasallo* seu *Nobili*. Jam autem Miles debet esse

Magnanimus in adversitate,
Ingenuus in consanguinitate,
Largifluus in honestate
Egregius in Curialitate, &
Strenuus in virili probitate:

Videant Nobiles hujus ævi, an his virtutibus sint instructi; sin minus, conclusionem ipsi facere possunt.

§. 5.

Abusus CALCARIUM quoque in hoc elucet, quod multi, quibus non conveniunt, CALCARIA gerant. Inter hos referimus *Theologos*, qui, cum iter instituere gestiunt, ocreas CALCARIBUS exornant, quasi à Pontifice in

Equites

equites S. Petri creati fuissent. Peccant hi contra Christi præceptum, qui jubet, ut lumbi cincti, non pedes CALCARIBUS. Objicient forsan illi, si his non uterentur, iter perficere non possent. Verum ad hanc objectionem facilis responsio, si scil. nulla alia res adesset, quæ equos ad cursum incitare posset, tunc libenter concederemus; Verum cum scuticæ & plura alia instrumenta præstò sint, quæ sufficere possunt ad impellendos equos, non opus CALCARIBUS, quia hæc Equitibus tantum fortibus propria, & ut Privilegium à Cæsare concessa. Plura quidem de CALCARIBUS Nobilium Servorum adducere & de Abusu illorum verba facere possemus; ni alia haberemus, de quibus adhuc differendum.

CAPUT XXII.

De Pœna CALCARIBUS abutentium.

§. I.

Militi olim nihil turpius erat, quam discingi & armis privari. Contra honoris erat, cingi armis. Ignominiosissimum erat olim scutum & baltheum amittere, & qui hac ignominia notati erant, vocabantur Schelme, quasi qui abjecerunt Schild und Helm. vid. *Pfeiffer.* antiquit. Græc. lib.3. cap. XVIII. pag. m. 520. Alii Schelm quasi Schildnemen volunt, uti *Besold.* in Thesaur. Practic. fol. 867. Pari modo non minori ignominia afficiebantur illi, quibus CALCARIA abscindebantur. De armorum amissione vid. *Godescalc. Stevvech*, in lib.2. *Veget.* de re milit. pag. m. 129. edit Antverp. 1585. Ita arma

militi

militi detrahere ignominiosissimum erat. Quamprimum enim *Eques* creabatur, gladio cingebatur, ut miles. Nunc autem *cingulum* non modò militum gestamen, sed & nota fuit, sine qua nemo militaribus Ordinibus censebatur dignus. Aliàs hoc etiam vocabatur *baltheus*, de quo fuse egimus, in tract. *de antiquorum Zonis*.

§. 2.

Quantum igitur decus fuerit *Baltheo* vel *Cingulo* cingi, testatur *Francisc. Mennen.* in deliciis Equestr. & militar. Ordin. variis locis. Cui calculum addit doctiss. Anglus *Johann Seldenus* in libro elegantissimo *de titulis honorum*, qui evolvatur. Interim tamen hoc loco monendum, quod Cingulum militi vel Equiti tam necessarium, ut per illud militia significaretur, ad quam juramento se obstrinxerant

Equites, cum CALCARIA & CINGULUM ipsis in inauguratione traderentur. Confirmant hoc leges, quod cingulum, quo ensis dependebat, proprium militum dicatur insigne *l. pen. de milit. testam. in P.* Et *Martialis* Epigr. l. 14, 32.

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris,
Arma tribunitium cingere digna latus.

Unde gestatum militem fortem signat, depositum verò denotat exauctoratum & ignominiosa missione è castris excedere jussum.

§. 3.

Porrò, hæc CINGULI militaris ademptio in gravissimis pœnis erat, dicebaturq; DISCINCTURA. *Herodian.* lib. 7. *Cohortibus, quæ signa amiserant, hordeum dari jussit, Centurionesq; manipulorum, quorum*

quorum signa amissa fuerant districtis gladiis discinctos destituit. Hinc elucet, quanta ignominia & dedecus fuerit, si milites hac ignominiosissima nota afficerentur. vid. *Freculph.* Tom. 2. Chron. lib. 3. c. 15. Quando enim milites ita deliquissent, ut capitali supplicio afficiendi, arma contra præceptum Ducis alienarint, fidem ruperint, prodiderint, & his similia perpetrârint, suis insignibus fuerint exuti, clypeo perforato & retro ad dorsum relegato, baltheo militari discincti, gladio adempto, abscissis securi CALCARIBUS, chirothecis ablatis, & clypeo gentilitio inverso: vulgo vocamus: **Wenn man einem die Ritterschafft nimbt/ Schwerdt/ Gürtel und Sporn abspannet.** Vid. *Wolffg. Laz.* lib. 4. comm. Reip. Rom. cap. 12. pag. 490. ubi etiam de moribus Germanorum *Stevvech.* add. lib. 2. *Veget.* c. 3. in

verbis: *Ex more dimissis. Petr. Gregor.* c. 30. n. 12. *Gail.* lib. 1. de pact. publ. c. 1. n. 28. & seqq. *P. de Andlo* lib. 2. de Imp. Rom. c. 13. & ibi *Freher. Thom. Dempster.* in Paralip. ad lib. 10. antiq. Rosin. p. 388. ubi eleganter per loca illa ibi relata *Henric. Salmuth.* ad Panciroll. rer. memor. lib. 1. rub. fibul. pag. 339. Nec solum baltheus & gladius in *Discinctura* ignominiose adimebatur, verum etiam TORQUES, phaleræ, armillæ, clypei & reliqua dona militaria.

§. 4.

Qui ita exauctorati, sive quibus insignia militaria detracta erant, ipso jure infames esse censentur in tantum, ut non sit necessaria expressa & solennis declaratio ignominiæ causa factam esse mentionem per *d. l.* 2. §. *ignomin. causa.* post *Petr. Fabrum* in Semestr. tradit

dit *Balthasar Henckel.* in discept. de bello Gustav. Adolph. Regis Suecor. cap. 2. pag. 196. conf. *Francisc. Mennen.* delic. Equestr. & Militar. Ordin. pag. m. 36. qui pag. 129. recenset, quod cum Eques creatus, & CALCARIA ipsi accincta essent, primarius coquus Regis ostenso cultro eum admoneat, ut se probum & fidelem præstet, alioquin se CALCARIA ignominiose abscissurum. Certe hæc Equitum maxima ignominia & fere intolerabilis fuit. Facile hinc patet, amputationem CALCARIUM rem ignominiosissimam fuisse. Refert *Carol du Fresne* in Glossar. tol. m. 679. edit. Francof. quod *Thomas Walsingham de Andrea de Hartley* Comite Carlilensi exauctorato & propter læsæ Majestatis crimen suspenso: *Nempe primo degradatus est, amputatis securi ad talos suos CALCARIBUS, & sic*

vicissim discinctus est baltheo militari. Le Roman de Garin. M.S.

Le esperons le soil copé parmi
Pres del talon au branc acier forbi.

Statuta pro militibus Balneaticis: *Si vous faites chose contre l'Ordre de Chevalierie (que Dieu ne veu lle) je couperay vos esperons de dessus vos talons* i. e. *Si quid contra ordinem Equestrem commiseritis, (quod Deus avertat) CALCARIA amputabo.*

CAPUT XXIII.

De CALCARIUM DONARIIS.

§. 1.

SUspendere gladium & CALCARIA in templis antiquissimus & in Scriptura sacra approbatus ritus, quem etiam Gentiles observarunt & hodienum à Christianis observatur. Armorum gloria, qua creverat res Romana cum virtute

tute Ducum militumque maxime pertinacia ſtaret, ut Diis poſteriſq; conſtans eſſet rei proſperè geſtæ memoria, triumphantes è patriis victoriis trophæa, torques, coronas, & lauros non minus ac ARMA & SCUTA Jovi, Laribus, Fortunæ, Herculi & Marti in templis affigebant. Duces etiam defuncti arma Diis, quos coluiſſent, ſuffigenda relinquebant. *Parthenius* ille moriturus apud *Papin*, lib. IX. Thebaid. in fin.

Hæc autem primis tela infelicia caſtris
Ure, vel ingrata munus ſuſpende Dianæ,

Sed & *ſigna* Imperatorum titulis clara templis affigebantur. *Sueton.* in Veſpaſ. *Aſſenſere cuncti nomenq; ejus vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt.*

§. 2.

Aperte quoque *Nazianzenus* Orat. III. in Julianum narrat, hunc ritum ad sua tempora durasse: *Vexilla*, inquit, *Imperatorum imaginibus, atq; expansis texturis in variis tincturis, ac literarum picturis decorantur.* Et verè. Hæc enim maximo erant in honore apud Romanos; & Deorum quasi sacræ ædes putabantur. De Imperatorum imaginibus egregie *Veget.* lib. II. de re milit. cap. VI. Gladius certe *Goliathi* Philistæi pallio involutus erat post Ephod. 1. *Sam. XXI.* conf. cl. *Dilherr.* Tom. 1. disp. *Dieter.* antiquit. Bibl. in h. l. Victis *Pœnis* clypeum *Astrubalis* invenit Q. Martius argenteum pondo CXXXVIII. qui supra fores Capitolinæ ædis usque ad incendium primum fuit, teste *Plinio*; quamvis *Livius* lib. XXV. in templo fuisse malit.

malit. Antiquitatem hujus ritus ostendit Regum sapientissimus *Cantic. IV. 4. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium.*

§. 3.

Ex his verbis clare patet ARMATURAM FORTIUM hodie *Equitum*, qui heroica facta gesserunt, tantum mereri, ut in templis suspendantur. Inter hanc referimus etiam CALCARIA, signum Nobilitatis, Militis seu Equitis, quæ nostro ævo in templis unà cum gladio & vexillo affixa conspiciuntur, quæ omnibus Nobilibus Equitibus in memoriam revocare deberent, ut virtutibus egregiis & fortitudini operam darent, ne ab hac dignitate excludantur. Hæc etiam CALCARIUM suspensio in templis olim & nunc privilegio

gaudebat maximo. Non licet è loco removere, & si aliquid reparatione indigent, refectis ædificiis illa iterum sunt collocanda in eum locum, ubi antea fuerunt suspensa, uti pluribus ostendit *Höpping* de jure insign. cap. X. fol. m. 700.

§. 4.

Non itaque inter minima Nobilitatis privilegia censentur CALCARIA. Nam in suspensione & Donariis arma cætera omnia sicco silentii pede transimus, exceptis CALCARIBUS & GLADIIS, qui ubique locum in templis inveniunt. Quoties in templis ejusmodi Donaria sacrata offendimus, toties cum gladio CALCARIA affixa conspicimus, quia hæc ab Imperatore vel Rege & Principe quasi per inaugurationem sacrata putantur; Hinc etiam iis in locis sacris ad perpetuam fortitudinis & virtu-

tis

tis Equeſtris memoriam aſſervantur. Sacra ſint ergò CALCARIA, non vitiis turpibus nec ignavia maculata, quo ſuſpendi in loco ſacro poſſint.

CAPUT XXIV.

De CALCARIUM ſepultura & injectione in tumulum.

§. 1.

DEnique etiam aliquid dicendum de CALCARIUM in tumulum injectione & ſepultura. Conſtat enim & omnibus notum eſt, quod inſignia, inprimis *annulus ſignatorius* illius, qui ultimus in familia ſine hæredibus moritur, tumulo injiciantur ſimulque ſepeliantur. Ita *Friedbergæ* in tractu Wetteravico in templo arcis *Incus* aſſervatur, ubi inſignia & CALCARIA, antequam in tumulum injiciantur,

jiciantur, malleo confringuntur. Quemadmodum autem annuli sepulcris condebantur, uti variis testimoniis probat *Fortunat. Licet.* lib. de annulis cap. LXIII. pag. m. 243. ita nullum dubium, quin etiam CALCARIA tumulis injecta fuerint. Moris etiam apud septentrionales fuit, ut Reges & Heroes in armis tumularentur, uti cl. *Bartholini* in antiquit. Danicis lib. 2. cap. XIII. testatur, ubi literis tradit, quod *Arolfus Rex in tumulum illatus sit, simul cum gladio Skofnungo.* Scribit etiam prælaudatus autor pag. m. 576. certum modum observatum in ponendis armis. Asserit quosdam fuisse, qui hunc morem observatum probent, quod scutum ad pedes, gladium ad caput locarent. Verum an ideò ad caput cadaveris constitutus gladius, ut eundem ordinem in tumulis servaret, hæremus. In

Ezechie-

Ezechielis Prophetia cap.32,27. legitur, primarios ex gentibus bellatores suppositis capiti gladiis sepultos, quod tamen Septentrionalibus non usitatum. Hi gladios mortuorum manibus inserebant vel lateri appendebant, uti confirmat Inscriptio sepulchralis apud *Messenium*: *Domitor violentorum, ac defensor oppressorum, cicatricibus ac senectute plenus, gladio accinctus, hic situs sum Ingolphus.*

§. 2.

Quod autem etiam CALCARIA tumulis injecta fuerint, testantur varia monumenta. In conditorio & sepulcris veterum Ducum Sueviæ, quæ in templo *Cænobii Lorchensis* supra *Schorndorffam* extant, & quæ exstructo monumento honoravit *Eberhardus Barbatus* primus Würtenberg. Dux. Hæc cum tempore *Ludovici* Ducis Würtenberg.

berg. recluderentur, inventa sunt juxta calvarias lanceis pertusas & ossa ingentis magnitudinis flavamque cæsariem CALCARIA quoque MINUTA, uti probati scriptores referunt. Similiter *Johannes Buricellus* in Monumentis Ambrosianæ Mediolanensis Basilicæ pag. 71. quo loco tumulum detectum & apertum *Bernardi* Regis Italiæ, *Pipini* filii, recenset, aurea CALCARIA reperta fuisse, quæ ita describit: *Sed & Bernardi pedibus ita calceatis AURATA induerunt CALCARIA ex ære, quod nos vulgo RAME nominamus.*

§. 3.

Porrò figuram hoc modo tradit fuisse: *Figuræ tamen illa erant parum admodum ab hodiernis & nostratibus diversæ: in exterioris cornu extremitate parvum erat & rotundum foramen, è quo supernè fibula, infernè autem*

autem ansula eodem ex ære pendebant. Ansula consuta claviculo erat corrigia e corio, rubri pariter coloris, qua de sub pede per alterum inferioris cornu foramen modicè longum deducta & illi fibulæ inserta, CALCAR pedi adstringebat. Rotula verò CALCARIS dorso modice prominens senis & perbrevibus circum radiis acuminata vergit deorsum. conf. *Carol. du Fresne* Glossar. fol. m. 679. edit. Francof. Quid dicemus de CALCARI illo magno ferreo in tumulo unà cum armilla reperto? Sane illud non formatum ut gestetur, quippe non aptum pedibus, sed injectum videtur, ut significetur Equitem fortissimum fuisse & meruisse laudem & famam perennem.

§. 4.

Hinc moris adhuc est, ut loco insignium verorum illa depingantur,

tur, & vesti stragulæ, qua feretrum tegitur, affigantur, quæ conveniunt illis veluti fortibus viris & magnis Ducibus, Aquilæ scil. & Leones. Militi aut Equiti aurato Galeam, Gladium, CALCARIA adpicta conspicimus. Vid. *Hopping.* de jure insign. c. X. fol. 702. His colophonem operi imponimus, gratias Deo summo agentes, quod benedictione laborem direxerit, ut ad finem perduci potuerit, cui sit laus & gloria sempiterna.

FINIS.

INDEX CAPITUM.

Cap. I. De Calcarium etymologia, pag. 1
II. De Calcarium Synonymia, p. 2
III. De Calcarium origine & forma, p. 23
IV. De Calcarium materia, p. 36
V. De Calcarium vario usu in bello equestri, p. 48
VI. De Calcarium usu in agitandis equis curruum falcatorum & elephantorum, p. 57
VII. De Calcarium usu in torneamentis, p. 62
VIII. De Calcarium usu in arte equestri, p. 68
IX. De Calcarium usu ad agitandos postarum equos, p. 74
X. De Calcarium usu in flagellatione monachorum, p. 81
XI. De Calcarium usu in navibus, 87
XII. De Calcarium mystica significatione, p. 89
XIII De Stimuli mystica significatione, p. 100

XIV. De

XIV. De Sensu adagii, *contra Stimulum calcitrare*, pag.106
XV. De jure gestandi calcaria, p.110
XVI. De Calcaribus Equitum auratorum & jure illorum, p.121
XVII. De Calcaribus Equitum dictorum ab aureis calcaribus, p.137
XVIII. De Calcaribus auratis aliorum Equitum, p.141
XIX. De Calcaribus argenteis & eorum jure, p.150
XX. De Æneis & ferreis calcaribus, eorumque jure, p.160
XXI. De Abusu calcarium, p.165
XXII. De Pœna calcaribus abutentium, p.172
XXIII. De Calcarium donariis, p.178
XXIV. De Calcarium sepultura & injectione in tumulum, p.183

IN-

INDEX
Dictorum Codicis Sacri, quibus lux aliqua allata.

Exod.	XIV. 6.	pag. 58
Judic.	I. 19.	p. 57
	III. 31.	p. 20.28
1.Sam.	XIII. 21.	p. 21
	XIV. 1.	p. 151
	XVII. 41.	p. 151
	XXI. 9.	p. 180
Esther.	VIII. 10.	p. 56
Proverb.	XXIII. 22.	p. 50
Cohel.	XII. 11.	p. 22
Cantic.	IV. 4.	p. 181
Jerem.	IV. 13.	p. 55
	VIII. 6.	p. 56.109
Ezech.	XXIII. 23.	p. 60
	XXXII. 27.	p. 185
Actor.	IX. 5.	p. 106. seq.

INDEX
Vocum explanatarum.

דהרות	pag. 52
דרכן	p. 20. 21. 22
מגפה	p. 10
מחמץ	p. 9
מלסר	p. 19. 21. 22

מרדע

Index Vocum.

מרדע p. 20. 26
נחסה p. 9
עקב p. 4
פרש p. 22. 23. 48. 50
קפוד p. 14. 15
שורף p. 56
שלושים p. 60
ڭڭڭ p. 15
ڵڵڵ p. 15
ڤرس p. 49. 51
ἀγγαρεῖον δρόμημα, p. 77
ἄκαινα, p. 27
ἄκανθα, p. 12. 13
βυπλῦγα, p. 28. 29
κέντρον, p. 8
κεντρίζειν, p. 27
κέντωρ, p. 8
λάξ, p. 4
λῆξις, p. 5
πλᾶτρον, p. 7
πλήκτρον, p. 7. 8
πτέρνα, p. 3. 4
ῥιγμὴ p. 27
ἰόρνη, ἰόρνυρ, p. 64
σρισάλαι, p. 60
χὴρ p. 17
Dorn/ p. 13
Gestrenge/ p. 113
Knaben/ Knapen/ p. 151. 152

Ritter/

Ritter/ p. 101. 131
Schelm/ p. 172
Keel/ p. 4
Knightes/ p. 111
Schildpor/ p. 150
Withes purres/ p. 160

INDEX
Rerum præcipuarum.

Acanthus, p. 12
Aculeus apibus adscribitur, 11. it. foliis & seminibus quarundam plantarum, 12. hystricibus quoque & erinaceis, 14. ferreus à Tubalcaino primum probabiliter factus, 31.
Aes an prius fuerit ferro, 37. 38.
Annuli sepulcris etiam cum mortuis condebantur olim, 184. *aurei* solis equitibus apud Romanos concessi, 122. unde signum libertatis erant, 125. Senatoribus tamen non exceptis, 128. Romæ primum à Regibus gestati, 129. *ferrei* omnibus militibus Romanis usitati, 122.
Apes aculeis instructæ sunt, 11. quibus lethaliter pungunt, ib.

Armigeri quomodo olim vocati, 151. militibus ab armis gestandis erant, 150. 151. *Spatharii* etiam dicti, 152. Græcis itid. *Scholarii*, ib. varii fuerunt generis, 155. summe olim æstimati, 156. posterioribus temporibus hoc nomine appellati sunt, qui inferioris fuere nobilitatis. 157.

Armorum & insignium suspensio in templis 179. antiquissimæ originis est. ib.

Auritores distincti ab Equitibus auratis, 137. vocantur Ritter des güldenen Sporens/ ib. magni in Hispania æstimati, ib. non alii hoc dignitate exornari poterant, quam qui erant *hydalgos*, 138. à quo creari potuerint 139. quomodo creati fuerint. 140.

Borsii Ferrariæ Ducis inauguratio in equitem, 148.

Cacula, calones, 156. armigeris affines, ib.

Calcar à calce descendit, 3. vocatur Germanis ein Sporen/ 6. aliis aliter, ib. varie quoque accipitur, ib. e. g. pro aculeis in cruribus gallinarum, ib. pro impetu, ibid. Græcis πλήκτρον dicitur, 7. κέντρον ibid. 8. Arabibus *machmaz*, 2. *manchas* itidem, ib. Ebræis מרשין 22.

Calcariũ origo quidẽ obscura & dubia est, 23. antiquissima tamen, ib. dum cum agrorũ cultura cepisse videtur. 23. 24.
Forma olim varia fuit, 31. quædam ex uno tantum consistebant radio, ib. quædam instar rotæ quibusdam, ib. quædam instar stellæ 32.
Materia diversa videtur, 36. prisca ætate ex spinis vel lignis acutis confecta videntur, 36. postmodum verò ex varii generis metallis, 37. ferro primum, 37. quamvis id à nonnullis in dubium vocetur, qui æris usum antiquiorem putant, ib. dein ex argento, 45. denique ex auro, 46.
Usus, 48. seq. 57. seq. 62. seq. 68. seq. 74. seq. 81. seq. 87. seq.
Copia magna reperitur in arce Stuttgardiana, p. 67.
Applicandorum modus abs Magistris equitum usitatus, 71. seq.
Mystica significatio, 95. 98. 99.
Acceptio in bonam & malam partem, 90. in bonam, 90. 91. quæ variis adagiis locum dedit, 92. 93.
Abusus varius est, 166. *dum* quidem nonnulli calcaribus utuntur, qui nomine tenus, non vero virtute nobiles

sunt, ib. *dum* alii ornatus causa solum adhibent, 168. *dum* iis utuntur Theologi. facientes iter, 171.
Gestandi jus olim non omnibus conveniebat, 110. sed solis equitibus, 114. quibus tribuebantur ab Imperatore, 117. mercatoribus à Friderico I. fuit interdictum, 117.
Aureorum gestandi ius, unde originem traxerit, 129. sq. quibus competierit, 134. sq.
Argenteorum gestandi ius, 150. commune erat scutiferis & armigeris, ib.
Ferreorum gestandi jus commune nobilibus in bello, 161. militibus gregariis etiam, 162.
Suspensio in templis 179. cur fiat, 182. privilegio semper gaudebat maximo, 181.
Ademptio instar pœnæ 172. 174.
injectio in locum sepulturæ, 183. sq. quando adhibeatur, ib.
Calcaris in cimeliarchio Stuttgardiano descriptio, 2.
Calcar in navibus, 48. 88.
Calx derivatur a *calcando* 4. vel *callo*, ib. est posterior part pedis, 3. 5. ponitur hinc pro fine, 4. multis etiam loquendi formulis originem dedit, 5.

Carduus 13.
Ceres frugum inventrix, 24. rationem triturandi &c. mortales edocuit, 25. boues etiam sub jugum mittendi, ib.
Correre le posta, 78.
Curruum falcatorum descriptio, 58. Usus priscis temporibus, 58. isque apud varias gentes, 59.
Cursus equitum, 54.
Cursus fiscalis Romanorum, 77. unde ita dictus, ib. sq. cum postis nostris aliquam similitudinem habuit, 79.
Cursu milites pugnas aggredi solebant, 53.
Discinctura 174. pœna est, ib. infamiam parit, 176.
Dultaraphina serpentis genus, 9.
Elephantorum usus quondam in bello fuit, 61. incitamentum ad prælium fiebat stimulis & mororum sanguine, ib. sæpe tamen stimulis etiam inutilis reddebatur, ib.
Equestris ars, Germanice die Bereitkunst/ 68. 69. utilis est Nobilibus, 68. maxime calcaria postulat, 69. seq. quibus tamen nonnisi cum discrimine utendum, 69.

Equestris ordo iis solum indultus, qui indubitato natalium jure gauderent, 113. apud Romanos duplicis fuit generis, 114. hodie sæpius indignis confertur, 120.

Equites non nascuntur, sed creantur, 118. cujus forma & cerimoniæ olim usitatæ describuntur, 118. seq. præ insignibus ensem & calcaria habebant, 133. desides olim domi sedere non solebant, 167. variè olim dispescebantur, 114. dum quidam extiterunt *singulares* dicti, ib. *augustales*, 116. 141. *ostensionales* 142. *commentariensis*, &c. 14. *equites de guerra*, 161.

Eques percussus quinam sit & ita vocetur, 117. seq.

Equites aurati unde sic dicantur? 121. 130. *Hierosolymitani* 146. quibus creentur cerimoniis, ib. *balnei* in Anglia, quomodo inaugurari soleant. 147. Malthefer Ritter/ 145.

Equi versaales, 79. *veredi*, 78.

Exemplorum ratio ad persuadendum efficax, 95. seq.

Ferrum antiquius ære, 38. seq. à quo primum inventum sit, 40. seq.

Flagellatio olim in honorem Cybeles perage-

peragebatur, 82. in honorem itidem Dianæ Scythiæ, ib.

Flagellatio apud Pontificios quomodo peragatur, 81. unde trahat originem, 82. olim in Gallia interdicta, 85. hodie magna crudelitate exercetur, 85.

Frugum inventio à Poëtis Cereri adscribitur, 24.

Gladii usus mercatoribus sub certa conditione à Friderico I. permissus, 117. gladii condebantur olim cum defunctis, 184.

Hericius 16. aculeis gaudet, unde Græce χὴρ vocatur, 17.

Hystrix ex herinaceorum genere est, 14. 16. Germanis ein Stachelschwein / 14. Hebræis קבוד ib. Arabibus, *Kunphud* & *Duldul*, 15. Jonem pugna sua in admirationem rapuit, 17.

Incus in templo arcis Friedbergens. 183.

Lorum, 83.

Maltheser Ritter / gaudent privilegio gestandi calcaria aurea, 145. qua cerimonia inaugurentur, ib.

Milites cursu pugnam olim aggredi solebant, 53. apud Germanos olim erant soli nobiles, 113. apud Romanos non semper arma portare per-

missum habebant, 162. quomodo comparati esse debeant, 170.
Naves rostratæ, 88. *chalcembolæ* dictæ, 89.
Nichaz serpentis genus, 9.
Nobiles soli apud Germanos olim militabant, 113.
Nobilitas Romana continebatur ordine *Senatorio* & *Equestri*, 129.
Parasanga, 77.
Persa equites dicti, 51.
Persa, *Perseus*, 51.
Postæ quid sint? 75. non à quovis institui possunt, ib. magnam utilitatem præbent, ib. antiquissimæ sunt originis, 76.
Pugnam milites cursu olim aggrediebantur, 53.
Schola olim alia *mititaris* 153. alia *palatina* &c. ib.
Scutarii qui fuerint, 150. 154.
Scutica 83. 86.
Serpentum alii cum cauda feriunt, 9. alii gemino aculeo ex utraque parte pungunt, ib.
Stimulus est cuspis acutæ fustis, 18. cujusmodi statim à primordio rerum inventi videntur, 26. 28. & ex spinis vel lignis acutis confecti, 36. descendit à *stimulo* 18. de-

18. denotat, quicquid nos pungit, ib. de bonis & malis rebus dicitur, ib. de malis, 18. 19. 101. de venere, ira, &c. 101. seq. 105. de bonis, 19. 104. de laude, locc. cit. Ebræis dicitur מלמד 19. it. מרדע 26. non solum bovibus impellendis adhibebatur, sed & vexandis illis, qui in crucem agendi erant, 29. 30. Christianis itidem à persecutoribus, 30. dedit locum adagio, quo dicitur, *contra stimulum calcitrare*, 106. cujus sensus enucleatur, ib.

Torneamenta quid fuerint, 63. 65. unde hoc nominis acceperint, ib. apud Germanos quondam frequentissima fuerunt, 65. exercebantur tantum à nobilibus, 66. exclusis spuriis, ib. ejusmodi olim Stuttgardiæ habita, 68.

AD 11475633

Digitized by Google

BI
I